

A ALPHONSIUS Aragonum & Sicilia Rex, praefides provinciarum ac iudices omnes admoovit, ne quod decretum, aut scriptum a se factum servarent, nisi quod iure tantum & honestate niteretur. Interdum enim aut importunitate postulantium, aut ignorantia rei fieri, ut quippiam contra iuris sanctionem emanet, quod ipsum custodiendo cives suos offendant, non intelligentes, ita se regem pariter offendere, atque in semet ipsos ac crudeliter esse. Panorm. lib. 2. de Rebus gestis Alphonfi.

ACTA IMPIORUM RESCINDERE.

Proscriptus Atherius, a servo suo accusatus est: qui Triumphali lege liberatus, fortunam etiam patroni eadem lege conseqnebatur. Servus igitur, cum patroni filios despectui haberet, & ipsi rei atrocitate, praeteritum cum adhuc tenella aetas esset, territi, lacrymantibus silentisque cum frequenter: veluti favam nimis illam rem omnis Populus abominatus est, atque ea Triumphum declarata, voluit, ut ingratus servus denuo apud Atherii filios in servitutem rediret, eiusque patris bona restituerentur. Fulgof. lib. 5. cap. 5. Alex. lib. 3. c. 20. vocat Aretium.

Maximi tyranni acta omnia & dignitates concessa, a Theodosio Magno & Valentino II. Imp. victoribus rescissa sunt. Sigon. lib. 9. Imp. occid.

SENTENTIAS JUDICUM

INJUSTAS.

PHILIPPUS Macedo, cum in tribunali dormitans, adversus Machetam quandam pronunciasset: ubi vigilantior factus, cognovit factam Machetae injuriam, non rescidit quidem iudicium, sed in iustam ipse exolvit ultimum. Plut.

LEGATIONES INHIBERE.

Consule Titul. Parsimonie magistris, & Prodigalis aemulorum revocare. Item, Testamenta iure rescissa: quatenus scilicet immoedicas donationes continent.

C ERAT PHILIPPO Macedonum regi miles expertae virtutis, & multis ab Imp. cohonestatus muneribus. Fortè ex naufragio exiit omnibus, vix etiamnum spiritum ducens, errabat, consilii inops. Eum conspicuas Macedo quidam, benignè amplexatur, jubet benè sperare, semivivum in villam suam perducit, fovet accurate, lectulo cedit quoque, nec patitur quicquam frustra ab eo desiderari. Postremo digredientem vitatico etiam instruit, submurmurante identidem: Non sentiar ingratus, patrem rationem faciam, liceat modò mihi mecum Imperatorem adire. Venit ille ad Philippum, miseriam suam exponit: sed non hospitis benignitatem tantum retinet, verum ejusdem agros sibi donari petit. Qui & ferè omnibus exutus, per epistolam facti seriem Philippo insinuat. Excanduit is, nec valens tam insignem servitiem de-coquere, improbitissimo homini beneficium rarè fortunæ inusitatae tabie retalianti, stigmata in iuri iussit, restituo in integrum priore domino. Calius lib. 7. c. 28. A. L.

CATO minor novissimo quaesura die domum à cunctis propè civibus deductus, audivit Marcellum multos familiares & potentes in arario supplices circumfistere, contendere, ut largitionem pecuniam quandam in tabulas referret ut debita. Erat Cato nis Marcellus à pueritia amicus, & laudatissimè cum eo quaesuram administrabat: verum solus cum esset, flectebatur robore à precantibus, & proclivis ad omnem erat beneficentiam. Igitur Cato confesum convexit se cò, Marcellumque offendens per scriptas expugnatum illam largitionem, tabulis postulatis hanc maturè assistente illo induxit: eamque rem excutus, deducti illum ex aratio domum: qui neque postea cum eo hac de re ex postulavit, sed familiaritatem ejus & amicitiam coluit perpetuò. Plut. in ejus vita.

L. Sylla, in altera sua proscriptioe, multis pecunias ex arario concesserat, quòd ipsi suis manibus è proscriptis quam plurimos occidissent. Hi tandem à Catone Uticensi, cum Quaestor esset, in jus vocati sunt, dum pecuniam publicam ab us repeteret, quæ penes eos esset proditione & paricidio acquisita. Dicebatur, Senaturn rata omnia esse voluisse, quæ à Sylla Dictatore facta essent; igitur hæc præmia ab eis auferri non posse. At tamen contra iudicatum est. Nam

sufficere, dum à Sylla res gestæ obtinentur, crimina hæc tam horrenda impunitatem unquam invenire possint: non ut etiam contra omnem juris, æqui bonique rationem, præmio & honore affici debeant. Plut. in Catone Uticensi.

Vectigalia remitti non possunt ab ullo alio, quàm vel à Principe, vel à populo, vel à Senatu, qui supremam potestatem habet. Atque ut rata omnia generaliter habeantur, quæ ab aliquo bellis civilibus, vel in Provincia gesta sunt: alienationes tamen publicorum non comprehendit, ex M. Cicerone, Verrina 5. dicimus. Primus fuit L. Sylla, cui Respublica totam se tradidit, temporibus coacta & malis domesticis. Ejus omnes res gestas quoniam Romani non solum obtulerent, verum etiam propter malorum, in commoedorum & calamitatum metum, publica auctoritate defendere tantum tamen hoc illius Senatufconsultum reprehensum, decretumque est, ut quibus illud de capite dempsisset, si pecunias in ararium referret. Statur enim Senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, à Populo factarum quaestiarumque rerum, quibus respublica pace & bello salva est, summas imminuere. P. Arodius lib. 1. Decret.

BASILIUS Macedo, Michaelis occio, ab omnibus Imperator salutatus, ut Michaelen hominem argueret nihil, non regia dignitate idoneum, sed aurigam potius quam Imperatorem, & Imperii decoctorem: convocatis senatoribus, jubet thesauros Regis aperiri, ubi tantum tria auri centenaria reperta sunt, reliqua omnia absumpta. Undè decreto senatorum profusissimè Michaelis largitiones revocavit, statuitque, ut quicumque inde pecunias absque legitima occasione accepisset, restitueret, aut ad minus dimidium arario inferret. Quo edicto trecenta alia centenaria in ararium regium collata sunt. Quare sibi multorum favorem & amorem conciliavit. Cyprian.

SUPPLICIA INJUSTA TOLLERE.

ASSUERUS Persarum rex, malignis invidi Aman delationibus plus æquo credulus, Judæos qui in regno suo erant, veluti pacis turbatores, edicto perdere omnes iusserat: mox innocentia eorum cognita, sententiam veritè in accusatore: quos autem neci jam addixerat, honore affecit. Laudabilis egisset, si non precipitasset iudicium. Sed neque in eo laude sua fraudandas, quòd injustè decretum justè revocari non tardavit, in illum animadvertens, ejus suggestionem deceptus fuerat, tam æquus iniqui hominis ultor factus, quam sævus innocentium fuisse inrempit, si ante didicim intermeccioni diem, id quod erat, non rescivisset. Quam itaque rectè Job: Causam, inquit, quam nesciebam, diligentiissimè investigabam. Marul. lib. 1. lib. 5. c. 1.

ANNO quarto belli Peloponnesiaci, cum Mitylenæ ab Atheniensibus ad Spartanos defectione facta, denuò subacti essent: Pachus Atheniensium dux Mitylene recepta, Salethum Lacedæmonium, & principes defectionis Athenas misit. Salethus publicè capite multatus est. De Mitylenæis, postquam est ad populum relatum, præ nimia in eos ira multitudo non eos tantum qui missi fuerant, sed Mitylenæos pueres ad unum obrucandos censuit: missaque est ad hoc ipsum tritremis ad Pachem cum publico decreto, ut mulieribus & pueris in servitutem redactis, Mitylenæos omnes interficeret. Subit Atheniensis statim tam atrocis decreti penitentia, eorum legatis suppliciter rogantibus, qui post deductionem factam Athenas venerant, Diodori fuisse. Con-tinuo igitur publicè altera tritremis est instructa, quæ irrequieto cursu cum recentiore decreto in Lesbum tenderet. Periculum erat, ne nimis ferè mitteretur: prior enim cum mandato cædis uno ferè die ac nocte una præcesserat. Mitylenæi legati qui Athenis erant, veriti, ne tritremis quæ publicè mitteretur, ad priorem insequendam parum naviter celeraret, aut aliquo, ut fit, casu suo excussa parum mature in Lesbum veniret: alteram ipsi suo nomine instrunt, magnique pollicitis remiges onerant, identidem obsecrati, ut unius civitatis salutem consulerent. Vino itaque & hordeaceo pane in navem imposito, qui privatim mittebantur, irrequieto cursu usi sunt, ut dum alii dormirent, aut cibum caperent, panem vino & oleo maceratum distantes, interim non desissent, qui navim remis agerent. Statim feliciter Mitylenæis cessit, quòd decreto cædis jam lecto, altera lætioris nunciū Pacheti jam se ad eadem expediendi supervenit. Sab. lib. 6. Enmead. 3. ex Thucydidæ.

Pon. Rom. cum P. Claudius Camerinus ductu atque auspiciis suis captos, sub hasta vendidisset, et si ararium pecunia, si-

A nes agri auctos animadvertente: tamen quia non parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur, maxima cura conquisitos redemit, hisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, & prædam restituat: pecuniam etiam non ad curiam, sed ad sacra edificanda, sacrificiaque faciendâ tribuit: iustitiaque promptissimo tenore efficit, ut exitio suo letari possent, quia si renati erant. Val. lib. 6. c. 5.

ORIO IV. equitem quendam (qui cum Imperatricis libidini obsequi nollet, tentate pudicitiam nomine apud Imperatorem falsò accusatus gestans, Imperatorem adit, & qua prena injustus iudex dignus esset, eum interrogat. Morre, inquit ille. Tu ergo, Imperator, qui innocentem maritum meum occidisti, morere. Innocentem esse, ferro ignito, quod innoxie manibus mei tracto, probabo. Miraculo territus Imperator, caput honorificè sepeliri curavit: & re diligenter cognita, uxorem suam Imperatricem vivam comburi fecit: viduæ quatuor arces dono dedit, ejusque filium, quamvis spurium, Comitum designavit, à quo gens Comurum in Bononiensi agro defluxit. Bernardus Corius in vita Othonis.

DIGNITATES INJUSTE CONCESSAS

REVOCARE.

L. Martius tribunus militum, cum reliquis duorum exercituum Publii & Cnei Scipionum, quos arma Punica in Hispania absumperant, dispersas mira virtute collegisset, earumque suffragiis dux esset creatus, Senatui de rebus actis à se scribens, in hunc modum oris est. L. Martius propator. Cujus honoris suffragium uti sum, quamvis optime meritum, paribus conscriptis non placuit: quia duces è populo, non à militibus solent creati. Val. lib. 2. c. 2.

M. Faonius, qui observator Cato nis, ut Appollodorus Socratis, fuisse dicitur, cum ædilitatem peteret, passus est repulsam. At M. Cato, qui Faonio favere, vitus est sibi gratiam, sordes, & ambitum deprehendisse, atque venalia fuisse ac corrupta suffragia, postquam animadvertit tabellas omnes una manu scriptas ac notatas esse: ergo Tribunus appellavit. Nam qui fieri possit, ut non emergita & corrupta sint ea suffragia, que in una & eadem scriptura conveniunt: aut nisi pecunia comparata, certè falsa & supposita esse necesse est: ut de testimonio dicitur, que eadem manu scripta esse cognoscimus, aut de testibus, qui unum & præmeditatum sermonem adferunt. Itaque intercessere Tribuni: factumque est, ut denuò locita haberentur: quibus rectè nec vitio habitis, Faonius ædilis factus est. Plut. in Catone Uticensi.

VESPASIANUS Imp. amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgavit: supplevit recentio Senatu, & equite: submotis indignissimis, & honestissimò quoque Italico rum ac provincialium allecto. Atque ut notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre, de jurgio quodam Senatoris equitique Rom. ita pronunciat: Non oportere maledici Senatoribus: reis maledici, civile fasque esse. Svet.

ASYLA INJUSTA SUBLATA.

AUGUSTUS Imp. Dianæ Ephesæ templum, ad quod confugiens noxii velut ad asylum mancipio solvebantur, eo privilegio spoliavit, ne proposita impunitatis spe, facinoribus damnam præberet. Alex. lib. 3. c. 20. ex Svet. & Dione.

TIBERIUS Cæsar abolivit jus moremque asylorum, quæ usquam erant. Svet.

HENRICUS VII. Anglorum Rex, cum assiduis rebellium insidias regnum turbaretur, ut coerceret improbos, qui conpiratione non succedente, in diversâ asyla se recipiebant, asyla, ad quæ improbi se recipiebant, deltraxit. Polyd. lib. 26.

TESTAMENTA JUSTE RESCISSA.

Post mortem Alexandri Magni cum accepisset Perdicas in Regis commentariis instituta multa simul & magna, & immensos sumptus habentia, ne quid videretur privato iudicio detrahere Alexandri glorie, ea restitit ad communem Macedonum multitudine. Erant autem commentariorum maxima & memorie digna hæc: Ut mille naves longæ, tritremibus majoribus, construerentur in Phœnicia, Syria, Cilicia & Cypro, ad expeditionem adversus Carthagenenses & L. B. Theat. vite Human. Tom. 1.

reliquos maris accolos, Libyæ & Hispaniæ, finitimæque regionis maritimæ, usque ad Siciliam: & per via redderetur regio maritima Libyæ, usque ad Herculeas columnas. Itemque templa construerentur sumptuosa sex, singula m. talentis: ac sicuti postulare tanta classis, portus & navalia idoneis locis edificarentur. Præterea civitatum aliarum in alias commigrationes fierent, & corporum translationes ex Asia in Europam, & vicissim ex Europa in Asiam, ut maximas continentis connubiis & necessitatibus ad communem benevolentiam, cognataque amicitiam perduceret. Ea autem que dixi templa construi oportebat in Delo, & Delphis, & Dodona. In Macedonia autem Dii Jovis, Amphipoli Dianæ, Cymi Minervæ. Similiter & Julii ejusdem divæ templum edificari, quod à nullo superari posset. Philippi autem patris Alexandri sepulchrum extrueretur æquale maximè pyramidum Ægyptiarum, quas nonnulli septem maximis operibus annumerant. Recitatis commentariis, Macedones, licet Alexandri admodum studiosi fuissent, tamen cum tam immania & ardua esse viderent instituta, judicaverunt, nihil illorum, quæ diximus, esse præstandum. Diod. lib. 18.

B Gladiatorum spectacula magno in usu fuere antè Romanis (quam Nicolaus Damascenus ait à Tyrhenis acceptam consuetudinem), ad eò ut non in conventibus solum, ludis ac theatris ea populo exhiberetur, verum etiam amicis in privatis epulis: quòd si alter alterum jugulasset, quasi magnopere delectati applaudebant. Hæc quoniam pessima consuetudo postea sublata est. Inrerat tamen cum quidam scripserit in testamento, ut formosissima duæ mulieres, quas in dominio habebat: alius item, ut impuberem coram populo digladiari committerentur: Populus Rom. editis his gladiatoribus, tantam injuriam atque inhumanitatem non æquo animo tulit: quinimò hanc testamentum voluntatem irritam esse voluit, iussit. P. Arodius lib. 1. Decret. ex Athenis lib. 4. c. 17.

Filii familias militis de morte cum domum falsus ab exercitu nunciatus advenisset, pater ejus re credita, testamentum mutavit: alium, quem ei visum esset, fecit heredem: ac paulò post ipse mortuus est. Cum filius miles domum revenisset, atque hæreditatem lege adversus scriptum hæredem vindicaret, res delata est ad Centumviros. Possessor se lege r. tabularum tuebatur: Uti quique rei suæ legasset, ita jus esto; non alium hæredem esse posse, quàm eum quem testator lingua nuncupasset. At contra pro petitore dicebatur, fieri non posse, ut patremorum bonorum ex hære sit filius, quem pater testamento neque hæredem neque ex hæredem scripserit nominatim. Omnibus non solum consiliis, sed etiam sententiis iudicum filius superior discessit, sum ture tum æquitate. P. Arodius lib. 2. Decret. ex Cic. lib. 1. de Orat. & Val. Max. lib. 7. c. 7.

Cum mater militem filium falsò audisset decessisse, & testamento heredes alios instituisse; Hadrianus Cæsar decrevit hæreditatem ad filium pertinere, ita ut libertates & legata præstentur: quia abesse ab ea consilium impietatis, cui filium instituire aut exheredare non fuit alioqui ex jure antiquo necessarium. P. Arodius ex Paulo de Septemvir alibus jud.

Cum Malleolus iudicatus esset matrem occidisse, eiq; adeò damnato statim folliculo lupino os obvolutum esset, ac fore legneæ pedibus inductæ, ne haberet effugiendi potestatem, in carcerem deductus erat, ut ibi esset tantisper, dum culcus in quem conjectus in profuentem deferretur, compareretur. Interè verò quidam ejus familiares, qui cum antea defendebant, tabulis allatis ac testib. adductis, scribunt heredes quos H Malleolus jubet esse, nec nò tabulæ obfignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos qui heredes in tabulis scripti erant, atque inter fratrem minorem Malleoli, qui cum oppugnaverat, lege agnationis de hæreditate fuit controversia. Pronunciatum est à Pretore Rom. (ut ego quidem interpreto) Malleolum videri intestatò decessisse. P. Arodi. l. 1. Decret. ex auctore ad Herem. lib. 1. & Cic. lib. 2. de Invent.

Cajus Vilellius Varro, dum gravi morbo laboraret, trecenta millia numum ab Octacilia Lateranensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa sibi ferri passus est. Stipulata est Octacilia, sponddit C. Vilellius: sed eo consilio & animo, ut si quid ei humanitus accidisset, tum modò à suis hæredibus hanc summam Octacilia peteret, veluti genus legati quoddam: ita sub titulo credita pecunia tecla inhonestâ liberalitate. Accidit, ut Varro non moreretur. Igitur Octacilia graviter offensa, quòd presentis illæ suæ prædæ pecuniæque spem morte non maturasset, Vilellium in jus vocat. Iudex Cajus Aquilius à Pretore datur, si pateret, Cajum Vilellium Varronem ex stipulata

A trecenta millia numum Octavia: Lateranensi dare oportere. Adhibentur in consilio principes civitatis. Negare non poterat Velleius sponsonem a se factam, neque huius nomine emissam esse Octavia cautionem: sed falsum esse dicebat id mutui nomen, quod tabulis contineretur: nihil enim revera sibi ab Octavia numeratum. At contra pro Octavia dicebatur, vel si minus pudicam cum fateri necesse sit, ac quæsitum stipulationis colorem præter facti veritatem, certe donationis iustam causam obligationi esse: cæterum neque inhonestas donationes, ut circa meretrices, jure prohiberi. Præterea si turpiter faciat, quod pudicitiam non servavit: jam verò utile est, eam nec turpiter stipulari, nec turpiter accipere: & quod ab hærede Varronis ex testamento rectè consequi posset, id nunc ab ipso Velleio ex stipulatu ferre oportere. Attamen C. Aquilius prudentia & religione sua mulierem actione summovit. Nam & si ea fuisset Octavia, cum qua adulterium, ut cum meretrice, non committi dicebatur: id tamen inutiliter peti, quod turpiter sibi quis stipulatus esset. Idem & C. Aquilius iudicaturum fuisse arbitror, si mortuo Velleio eandem pecuniam ex testamento petisset: quia legatum sub debiti nomine, in fraudem legis, probræ fœminæ relictum esse videretur. Certe huiusmodi personis longo intervallo Domitianus Imperator jus capiendi legata hæreditateque ademit. *P. Arodius ex Val. Max. lib. 8. c. 2.*

Genitius quidam sibi ipsi genitalia membra amputaverat, Matris Magnæ Gallus: postea à Neviano Sardinii libero hæres institutus, bonorum possessionem secundum tabulas testamenti à Cn. Orete Prætoris accepit: ejectionis à Sardinio, se restitui in bona Neviani ab eodem Prætoris urbis impetraverat. Sardinius Æmilium Lepidum Mamercum Consulem appellavit, idem quia videretur obscena Genitii persona, qui neque virorum, neque mulierum numero haberi possit: atque perinfae esset, huius non solum terribile generis hominum inquinata voce, sub specie petiti juris, tribunalia pollui. Iliummodi Genitium esse (secundum quod à Sardinio dicebatur) cuius, cui in iuria nunquam allata esse dici possit: qui nullam actionem iniuriarum, nullum interdictum habeat. Equidem si olim eunuchi in pretio fuerint, antequam dominis permittitur fieri servos suos castrate, quos occidere poterant, in liberum quidem id commississe, perperam capitale fuit: quæ istius indignatio est, qui tale quid in se commiserit? & si tali odio habitus est is, qui libertate neglecta (quæ res inæstimabilis habetur) se ad pretium particandum venire passus est, ut in servitute retineretur: quid de eo statui oportet, qui ut ne quidem pro homine sit, efficit? qui sub quo genere iudicio sistat, comprehendit nequit? Ergo Æmilium Lepidum consulo Senatu pronunciat, Genitium videri ius actionemque restitutionis in iure postulanda non habuisse, minisque impetrare debuisset: itaque jure appellatum. *Arodius ex Valer. lib. 7. c. 7.*

Quidam Vettium Lenonem hæredem instituerat. Is cum Q. Metellum Prætoris urbanum adisset, bonorum secundum tabulas non additionem impetravit. Etenim fori ac lupanaris sperandam rationem esse, ut in altero casti, probi & honesti viri non admittuntur: sic in iure, turpes ac intestabiles personas admitti non oportere. Præterea nec factum testatoris comprobandum esse, neque eas tabulas pro iustis haberi convenire, quibus veluti in stabulum contaminatum fornas suas projecit, effuderit. Interesse Reip. ut honesti vocentur ad hæreditates. Poterò jus abique iniuria huic denegari posse, qui se ab omni honesto vite genere segregaverit. Juris civilis unam ac præcipuam partem esse: honestè vivere. *Arodius ex Val. lib. 7. c. 7.*

Cum ad C. Calpurnium Pisonem præfectum urbis Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato ex hæredatum se, querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque legere agere passus non est. Movit profectione Pisonem patria majestas, donum vite, beneficium educationis: sed aliud etiam ipsum flexit, circumstantium liberorum numerus, quod cum patre septem fratres implere ex hæredatos videbat. *Valer. Max. lib. 7. c. 7.*

M. Anici Caricolum splendissimi equitis Romani filius, à Suffenate avunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud Centum viros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeji Magni familiaris, ipso quidè Pompejo signatore, hæres scriptus esset. Itaque illi in iudicio plus cum excellentissimi viri gratia, quam cum parentis civitatis negotii fuit. Cæterum quamvis utraque hæc adver-

sus se nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. qui Ædem Sextilius, & P. Popilius, quos M. Ancus sanguine sibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum, hæredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt, tamen præcipue eo tempore Magni viribus ad defendendam tabulas testamenti invitari poterant, & si aliquantulum adjuvabat hæredes, quod M. Ancus filius in Suffenatis familiam ac facta transferat. Sed ærgissimum inter homines procreationis vinculum, patris simul voluntatem, & principis auctoritatem superavit. *Val. Max. lib. 7. c. 7.*

Cajum Tectium infantem à patre ex hæredatum, Petronia matre, quam Tectius quoad vixit in matrimonio habebat, natum, divus Augustus in bona paterna ite decreto suo iussit, patris patrie animo usus: quoniam Tectius in proprio jure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat. Idem.

Septicia mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non posset, Publio seni admodum nuptis, testamento etiam utroque præterito. A quibus aditus divus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbat; nam hæreditatem maternam filios habere iussit; dotem, quia non creandorum liberorum causa conjugum intercederet, virum retinere vetuit. Si ipsa æquitas hac de re cognoscere potuisset, iustissime aut gratius pronuntiaret? Spernis quos genuisti, nobis effecta, testamenti ordinem violente animo confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cujus polluto jam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. Ergo dum sic te egeris, ad inferos usque Imperatorium fulmine afflata es. *Ibid.*

Augustus, non sine magna ratione, Virgilio testamentum ea parte servandum non duxit, qua mandabat, ut Æneis quod eam ex sententia sua nondum correxerat, combureretur. Longè enim pluri putavit fructum, quem posteritas ex lectione consecuturæ erat illius poematis: quo eruditioris magnitudine ac styli excellentia, nullus usque ad eum diem carmen majus ediderat: quam potest infamiam, si quid in eo carmine superstitiois castigatores in melius mutantium invenissent. *Fulg. & Egnat. lib. 6. c. 7.*

Ruficus Cæpio testamentum caverat, quotannis Curiam ingredientibus Senatoribus certam summam viritum ab hærede suo dari. Cum poscerent legatum annum Senatores, hæres autem hoc nomine recusabat, quod ei turpe & ambitiosum hoc legatum esse videretur; nam & quod civitati relictum, legibus peti non solere, si aliam ob causam quam ad ornatum relictum est. Minime enim turam esse, ne de communi, tantove civium ordine privatus unus ac locuples bene mereri videatur; ideòque largitiones in vulgus, ac nimia quoque popularitatem multis olim exitio fuisse, certe suspectam semper esse oportere. Et hac quoque ratione, si ut venatio aut spectacula edantur, legatum sit, vetitum esse in eas causas erogari. Denique illo alio quam bono publico, Senatores unquam in Curiam venire, id verò omnibus modis esse indignissimum. His motus Domitianus Imp. legatum irritum fecit. *P. Arodius lib. 1. Decret. ex Svet.*

Viennensis cuiusdam testamentum de gymnaico agone rescissum fuit à Trebonio Rufino dumviro, dicente coram Trajano Imp. Eas potissimum liberalitates privatorum hominum esse omni Reip. valde suspectas, quæ civitati nullum ornatum, nullam utilitatem, plebi solum dumtaxat voluptatem atque delectationem afferant: quales sunt venationes, Hæreditates, atque huiusmodi certamina: his apprimè muneribus abduci, trahi, compelli civium animos; quam vim auctoritatem qui sibi parare cupit, necesse est eum aliquid magnificè sentire de se. Præterea accidisse, ut hoc nudo & impudico certamine, propter otium & voluptatem, mores Viennensium inficerentur. Placuit igitur agona tolli. *Plin. lib. 4. Epist.*

Clodius Clodianus, facti prius testamenti, postea eundem hæredem in alio testamento inutiliter facti instituerat. Scriptus hæres cum posterius putaret valere, & hoc posterio prius testamentum ruptum esse, ex eo adire hæreditatem voluit: aditus, sed postea hoc inute reperit. Papinianus putabat repudiasset eum ex priore hæreditate: ex posteriore autem, quia inutile esset, non posse adire, atque Clodianum testamentum decessisse. Nam & qui bonorum possessionem ad instat petiit, cum putaret testamentum non valere, hæreditatem testamenti videri repudiasset. Paulus contra dicebat, non repudiare eum ex priore testamento, qui putabat posterius valere: quemadmodum qui iudicium defuncti fecerit

actus est, cum ignoraret vires testamenti, legitimam hæreditatem vindicare non prohibetur. Pronunciavit tamen Imperator M. Antonius Magnus, Clodianum interfectum decessisse. *P. Arodius lib. 1. Decretorum ex Paulo lib. 3. Decretorum.*

Actia Variola Rom. splendide nata, atque nupta Prætorio viro, cum ex hæredata esset ab octogenario patre intra undecim dies, quam ille novæcum ei amore captus induxerat, novæcum ex sexta parte, Suburrano ex reliqua instituit, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant magna cum expectatione patrum, filiarum, novæcarum omnium, Judices centum & octoginta tot enim, ubi quatuor simul consilia iudicarent, conscriberantur) secutus est varius eventus. Variola duobus consiliis vicit, totidem victa est, certe Suburrano succubuit. De Variola id non casu factum esse dicitur, sed ne quid prerogative in tanta iudicii expectatione, pro quo omnes in urbe patres, filie, novæcarum laborabant, uni potius quam alteri tribueretur: atque re iudicio transacta, plures in eam partem inducerentur, quam sententia suis iudices approbassent. *Plinius Nepos lib. 5. Epist.*

Pactumejus Androsthene Pactumejam Magnam, filiam Pactumei Magni, ex æsse hæredem instituerat, eique patrem ejus substituerat. Pactumejo Magno occiso, & rumore petulo, quasi filia quoque ejus mortua esset, mutavit testamentum, Noviumque Rufum hæredem instituit hac præfatione: Quia hæredes, quos volui mihi contingere, habere non potui, Novius Rufus hæres esto. Pactumeia Magna supplicavit Imperatores Severum & Antonium, cognitio suscepta est. Severus Imperator putavit Pactumeia: ex voluntate testatoris subveniendum. Igitur quasi hoc casu revera prius testamentum pro posterius non rumpatur: aut adeo magis hæc institutio Novii, sub præfationem quæ apposita est, sic accipi debere videatur, ac si testator ita scripisset: Si Pactumeia hæres non erit, Rufus hæres esto: pronuntiavit hæreditatem ad Magnam pertinere. Sed legata ex posteriore testamento eam præfate debere, perinde atque si in posterioribus tabulis ipsa fuisset hæres scripta. *P. Arodius lib. 1. Decretorum ex Pauli Decret. lib. 2.*

Januarius, cum religioni initiaretur apud Augustinum Hippionem Episcopum, duos filios, matrem ac seneniam in diversis habuit Monasteriis. Itaque cum bona sua in pauperum usum divideret, partem ejus pecunie sub filii nomine retinuit, ut eam usque in maturum ætatis tempus illi reservaret. Contigit autem, ut is mortem obiret. Itaque antè testamentum condidit, detexitque, pecuniam quam habebat suam esse, & ut suam Monasterio relinquere. Augustinus, in cuius manu Monasterii administratio erat, eam pecuniam cum fraudulenter accipere recusavit, & filius testatoris tradi iussit, affirmans, quòd non rectè ei postcedere qui contra religionis professionem pecuniam privatam possederat: atque in re dubia fatius esse, filius testatoris eam dari qui graviora propter eam pecuniam quam Ecclesia pati poterat, cum Ecclesia longè pluris bonum nomen, quam pecunia cum avaritia nota, faciendum esset. Hoc Augustini iudicio, qui non videat, quæ modestæ formula religiosus viris, in paradisi per legata à secularibus viris opibus proponatur: *Fulg. & Egnat. lib. 7. c. 7.*

Ilia quoque Aureliani Carthaginensis Episcopi sanctio, quanta laude digna fuit: cum per eam Carthaginensis civis testamentum rescidit, cui nati sunt filii, posteaquam is reservato sibi usufructu dum viveret, Ecclesie omnia bona sua dono dederat. *Ibid.*

Cum Ammonia domum Ecclesie legasset, Gregorius Magnus curavit eam Calixeno filio Stephanæ, ad quam iure pertinebat, restitui. Id quoque patet ex Gregorii lib. 7. Indictione 2. Epist. 23.

Godofredus Bolionius, Rex Hierosolymorum, Patriarchæ Hierosolymitano Davidis turrem, & majorem urbis partem reliquerat, quippe qui ea Hierosolymitane Ecclesie juris putabat esse: quæ tamen, cum ipse rectè valeret, petita concedere nunquam voluerat. At Christiani Principes exequi partem eam, cum regno Hierosolymitano damnosam, recularunt. *Fulg. lib. 7. c. 7.*

Paulus II. Pontifex, Ludovico Patavino Cardinali, ac Patriarchæ, jus testandi permisit: & tamen quòd is bona non in pios usus distribui iusserat, sed ob turpem causam, undè & illi scandalum, & Ecclesie sinistra fama manabat, ea reliquerat, testamenti partem illam irritam fecit. *Fulg. & Egnat. lib. 7. c. 7.*

L. B. Theatr. vir. Human. Tom. I.

Ludovicus XI. Gallorum Rex, cum postremo vita sua E tempore, in Gallico regno, Romæque, & alibi, templis immensis redivit assignasset, atque in pacifica possessione eos, quibus assignaverat, constituisset, cum in cæteris decreta ejus servata majori ex parte fuissent, in hoc quoad Ecclesiasticas constitutiones extendebatur, ex toto, quæ sanxerat, à Senatoribus Gallorum abolita fuerunt, ceu quæ nimium profusa essent, atque inutilia. successori regnoque haberentur: quin etiam Sacerdotibus ipsis parum salutaria, cum auctis opibus in Dei cultu negligentiores redderentur. *Fulg. lib. 2.*

Casimiri Magni Regis Polonorum testamentum, ob profusas & regno noxias donationes, à Ludovico Hungaro & proceribus Polonis rescissum scribit *Cromer. lib. 13.*

PACTA INIQUA TOLLERE.

IN GENERE.

AGESILAUS Spartanorum Rex, cum à quodam ei dicere fecerit: Agesilæ, scito te eam mihi rem promississe: ad regiam autem fidem pertinet non verba modo, verum capitis quoque nutus servare; atque huiusmodi verbis Agesilaum urgeret, ut promissa præstaret; quia res parum honesta videbatur, respondit: Scito tu quoque, neminem à Rege injustam rem petere debere. *Plur. in Lacon.*

IN SPECIE.

Conjugalia.

JULIUS Cæsar, retum potius, diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspitione. *Svet.*

TIBERTUS Cæsar equitem Romanum juramento absoluit, quo, cum ei uxore desponderetur, nunquam se deserturum eam promiserat, quia vir eam cum genero se commiserent deprehenderat. *Ful. lib. 8. c. 1. ex Svet.*

Cum Militibus inita.

ODETTUS Lotrechius, Francisci Gallorum Regis copiarum ductor, Ticinum cepit. Primum, qui audacter in arcem urbemque irruerit, Hostasium Ravennatem militem fuisse constat. Is à Lotrechio, in præmium navatæ operæ, aneam equestris statuam, quæ Antonini Cæsaris esse dicitur, impetravit, quum ea antiquitus Ravennatum fuisset, sed post Gothica tempora à Longobardis Ravennam diripiuntibus, trophæi modo in signum victoriæ abducta Ticinum fuerit, & in foro constituta. Eo modo Hostasius decorum sibi fore existimans, si vetus patriæ spoliū recuperaret, in foro exhibere, & permittente Lotrechio, cum manipularibus suis, atque item fabris, deicere statuam sede sua conabatur. Quo spectaculo (id enim longè miserimum Ticinenses iudicant) usque adeo tumultuosus complorantis & deplorantis populi concursus fuit, ut oblitus domesticæ calamitatis, furiosè in forum decurreret, nullo modo passurus, ut patriæ, quæ forum omnium, & publici decoris jacturam dudum fecerat, etiam nobilissimæ & vetustissimæ memoriæ monumentum eriperetur. Res eò erat perducta, ut cum armatis ab inermibus ex iurgio certandum foret. Verum Ravennate Imperatoris Lotrechii diploma proferente, omnis ea Ticinensium turba suo recenti more & cultus deformitate miserabilis, ad prætorium contendit, atque ibi unius partiti ordinis Francisci Boticella projectus ad pedes, ita locutus est, ut Lotrechii animum flexeret. Manabant cunctis Ticinensibus lacrymæ, quando ejus statua jacturam instat summæ calamitatis atque miseris, supra direptæ patriæ adversam fortem existimaret. Itaque Lotrechius ad misericordiam versus, Ravennatem ex adverso promissum muralis coronæ præmiū ex diplomate repetentem, blandis verbis admouit, ut præmium potius navatæ: foriter operæ ex sua liberalitate oblatum accipere vellet, quam tanta acerbitate direptæ civitatis miseria lætari, ardereque demum invidia, aliquando ei & Ravennatibus nocitura. Itaque vel indignabundus miles pro anea statuæ pecuniâ à questoribus accepit, quantum satis est pro murali corona ex auro puro fabricanda, quæ in fidem virtutis suæ cum elogio Ravennate in templo poneretur. *Jovius.*

A *Cum Hostibus.* SOLYMANUS Taurorum Imp. diffidentibus metu civibus, Buda penae deferta potius, arcem obsedit. Ei praerat Thomas Nadastus, inter Hungaros nobilitate & virtute illustis. Quem cum Germani milites ad dedendam hosti arcem compellere minis non possent, cum hoste salvis rebus pacificuntur, & Nadastum in vincula conjiciunt. Id ratum habuit Solymanus. Ceterum quum ejus praesidii milites, qui erant fere septingenti, ex conditione incoales, facinriquo suis onusti, Possonium abirent, & Janizari occupata arce Nadastum solum vinculis pariter dimissuri essent, Solymanus de militum perfidia, probitateque Nadasti erga Ferdinandum Regem certior factus, perfidos milites Janizaris ad unum trucidandos objicit: Nadastum vero liberali stipendio invitavit, idque renuentem, liberaliter dimisit. *Jovius lib. 28. Historiarum.*

Cum Clientibus. Caji Jurecof, lex est, Sumptus prorogare litiganti honestum est: pacifici autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum ulius liticis restituatur, sed pars dimidia ejus quod ex ea lite datum erit, non licet: In hanc legem cum Raphael Falgofius, legum interpres clariss. ubi primum de jure cepit respondere, per ignorantiam peccasset, & quotam litis a cliente pactus obtinuerat, multo post tempore facti conscientia tactus, quicquid praeter legitimum mercedem acceperat, clienti restituit. Testis ipsemet com. legis Sumptus ff. de pactis.

Cum Fratribus. Petierat Herodes Magnus, morbo incurabili affectus, a sorore Salome, ut se mortuo nobilissimum Judaeorum in circulo clausulo cingeret militibus, qui eos jaculis conficerent: ut Judaei, si ob obitum lugere nollent, saltem suorum crudelitate maculationem deplorarent. Soror fidem dederat factum se executuram: at promissum non fecit. *Iosephus lib. 17. cap. 8. & seq.*

Cum Amasibus. CASSANDRA, sive Alexandra, Priami & Hecubae filia, concubitus mercedem pacta Apollini, seu sacerdoti Apollinis, si ab eo vaticinandi artem edoceretur, promissis impuris non fecit. *Gul. Cantarus in com. Lycophronis.*

Cum servis. Ex lege Moisaica prohibitum erat, ne quis Judaeorum ullo consanguine suo uteretur servo, sed statuto tempore manumitteret. Ea manumissio sub Sedecia Rege, multis annis intermissa, revocata fuit. *Jerem. 34.*

MUTUUM, CREDITUM, INIQUUM COERCITUM.

Cum Thebas evertisset Alexander Magnus, invenit tabulas, quibus centum talenta mutuo Theffalidis dedisset Thebanos continebantur. Has, quia erat usus commilitio Theffalorum, donavit his ultro. Postea restituti a Cassandro, reposebant Thebani Theffalos, se credidisse constare, & non recepisse. Igitur res ad Amphictyonas deducta est. Placuit Theffalos petitione liberari. *Ex Quintil. l. 5. c. 10. P. Arodius lib. 1. Decret.*

C. Vifellius Vatro, gravi morbo correptus, trecenta millia numum ab Octacilia Latentis, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est, eo consilio, ut si deceffisset, ab haeredibus eam summam peteret, quam legati genuis esse voluit, libidinofam liberalitatem debiti nomine colorando. Evafit deinde ex illa tempestate adverte vora Octaciliae. Quae offensa, quod ipem praeda suae morte non maturasset, ex amica obsequenti subito districtam feneratrimem agere cepit, numos petendo: quos ut fronte inverecundata, ita mantipulatione captaverat. De qua re C. Aquilius, vir magna auctoritatis, & scientia juris civilis excellens, iudex adductus, adhibitis in consilium Principibus civitatis, prudentia & religione sua mulierem repulit. Quod si eadem formula & Vatro damnari, & adversaria absolvi potuisset, ejus quoque non dubito, quin turpem & inconcessum errorem libentem castigaturus fuerit. Nunc privatæ actionis calumniam ipse compescuit, adulterii crimen publicæ quaestioni judicandum reliquit. *Val. Max. l. 8. c. 2.*

FOENUS INJUSTUM

Pietatis Montem dictum ann. mcccxcxi. suadente B. Bernardo Tomitano Feltrensi Minoritano concionatore, & ope Petri Barocii Veneti Episcopi Patavini, Patavini primum

instituere, & sic auxere, ut triginta octo aureorum millium E numum summam transcendat: praeter magnam pecuniarum quantitatem, quae ibi vel sponte à civibus, vel in sequestratis à privatís hominibus quotidie reponuntur. Hujusmodi autem pecuniae dantur mutuo indigentibus, sub quocumque pignore. Pro fenore annuo Judaei quintam partem exigebant: Mons Pietatis vigesimam tantummodo, in ministrorum & operatorum mercedem. Infra xxx. solidos datur mutuam poscentibus gratis. Quicquid ex annuo fructu superest (neque enim fortem accreticere volunt) totum illud in pauperes & pias causas erogatur, ad elocandas virgines, inter sodalitia artificum quotannis forte ducta, in orphanos & Monasteria mendicantium. Crescit alioqui medes fors ex oblationibus piis, quae collatione facta per omnia sodalitia, tam spiritualia quam secularia, in Paschate publicè fiunt, & quotannis ad eccle. aureorum summam ascendunt. Expensae in custodes, notarios, censores, magistratos, & alios ministros, ter mille, & quingentos aureos complent. Hoc tam pio instituto xxii. mense feneratoria Judaeorum, quae ex utris annuatim plus quam xx. aureorum millia corradebant, penitus sublatae sunt: sed & gravis multa addita, si quis eorum amplius culpam feneratorum. Ararium ipsum habetur sub maxima custodia in loco turissimo juxta praetorium. Domus septem hinc inde in media urbe, ubi erogatur pecuniae, & pignora servantur, quas singulas singuli nobiles annuatim cum sua familia inhabitant. Neque vero ad id muneris quicquam assumitur, nisi idoneos prius fidejussores praebuerit. *Bernard. Scardeonus lib. 2. hist. Pat. classe 5.*

Annis superioribus per B. legum, curante Matthia Hovio Mechlinienti Archiepiscopo, & flagitante Alberto Archiduce Austriae, Duce Brabantiae, erigi ceperunt in celeberrimis civitatibus ejusmodi Montes pietatis, ut omnia feneratorum tolleretur licentia. Speratur per hos non exiguis fructus in Republicam derivaturus. Quamvis nunc, ut solent initia rerum arduarum, patiatur varias contradictiones, quod mutuarii in compensationem sumptuum solvant hoc in c. per annum, quod tamen inter usuras decreevit hae anno m. dc. xx. ad numerum xii.

Consule Tit. de Usura.

EMPTIO, VENDITIO INJUSTA

RESCISSA.

Claudius Centumalis ab auguribus justus altitudinem domus suae, quam in Caesio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario, nec indicavit, quod imperatum à collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Por. Catonem, inelyti Catonis patrem, arbitrum cum Claudio adduxit, ut formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. Cato, ut est doctus, de industria Claudium edicium sacerdotum suppressisse, continuo illum Calpurnio damnavit, summa quidem cum aequitate: quia bonae fidei venditor nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. *Val. Max. lib. 8. cap. 2.*

M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratae vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Haec Sergio serviebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in judicium est. Oratam M. Crassus, Gratidianum defendit M. Antonius. Jus Crassus urgebat, quod viri venditor non dixerat, sciens id oportere praestari: aequitate Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas aedes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec cum esse deceptum, qui in id quod emerat, quo iure esset, teneret. *Cic. l. 3. Offic.*

Emilius Larianus ab Ovinio fundum Puteolanum lege commissoriam emerat, data parte pecuniae, ita ut si intra duos menses ab emptione, reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemptus esset. Item si intra duos alios menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. Intra priores duos menses Lavinio defuncto Rutilliana pupillaribus aetatis successerat, cuius tutores in solutione cessaverunt. Venditor denuntiationibus tutoribus sepe datis, ante & post diem, quo placuerat esse commissum, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat. Pupilla acceptis aliis tutoribus, quod primi ut suspecti remoti essent, in integrum restitui desiderabat, adversus Ovinium & Telemachum. Victa tam apud Praetorem, quam apud Praefectum urbis, ad Imperatoriam.

A rem ALEXANDRUM Severum provocaverant. Ille ex Julii Pauli aliorumque Jurisconsultorum sententia, qui et in consilio aderant, pronuntiavit, Rutilliam in integrum restituant. *Paul. lib. 1. Decret.*

Fundus qui Lucii Titii erat, vechigal Reipubl. venit longae minoris quam debita summa esset. Postea Lucius Titius debitor professus est, paratum se esse solidum vechigal exsolvere: itaque postulat rescindi venditionem. Empior recusabat, etiam si bona fide emisset, atque auctore Praetore; quod si villis emerit, non prohibuisset se, quod minus alii alius liceret: ceterum licere unicusque conditionem suam meliorem facere. At tamen Praes. provinciae rescidit venditionem, summa aequitate motus. *P. Arodius ex Serbio Scavola, Tit. de Rescindenda venditione.*

LOCATIO, CONDUCTIO INJUSTA ANTIQUATA.

B Adolescens quidam in Aegypto deperibat amore Theonidis meretricis. At illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim evenit, ut adolescens noctu somniaret, se rem habere cum Theonide. Eo vivo liberatus esset ab amore desitque sortio molestus esse. Illa, ubi factum rescivit, appellat adolescentem, petit pactam mercedem. Quam non convenit, itum est ad judicem BOCHOREM. Is causa cognita pronuntiat, ut adolescens tantum pecuniae adferret in vanculo, quantum illa postulasset, eamque praesente ac inspectante Theonide huc illucque manu tenens voluere, & illa interin haerere umbra, quasi recte somnium umbra pensaretur. At hoc iudicium ut iniquum reprehendit Lamia meretrix: Per somnium, inquit, adolescens amore coitus liberatus est, at umbra Theonidem non liberavit amore pecuniae. *Plut.*

VENETI, Sebastiani Ziani Ducis auspicio, ex Constantinopolitana urbe archiepusm accesserant, ad extruendam auream D. Marci aedem. Praeter amplissima munera etiam marmorae statuum in augustissimo templi loco sibi poni Graecis homo postulabat. Assenserunt patres. At fere absolute opere, nimia levitate coram patribus impudens falsus est, se quidem multo celebrius templum ipsum fuisse extructurum, nisi inter opus ipsum occurrissent plura, quae illam prudentiorem fecissent. Ad quae subridens Dux: Ergo nos quoque de ista non pendenda praesentibus redderem. Inaque in vechigali fronte marmorae statum collocarunt, manu ad os objecta, quasi illum dicti sui paniteret. *Egnatius lib. 6. cap. 5.*

PUBLICA BONA REPETITA. REPETUNDARUM ACTIO.

Ut nihil mortales à diis immortalibus usucapere, sic nihil privati earum rerum, quae publici juris sunt, sibi ullo tempore assumere ac vindicare possunt. Fluminum, maxime navigabilium, aqua publica, usus publicus est, non singulorum: unde haurire unicusque licet, non aquam etiam ducere & derivare, ne aut flumina exarefiant, aut deterius, aqua depressiore facta, navigentur. Quomobrem & apud Graecos Themistocles, & apud Romanos M. Porcius CATO, & L. Valerius Censorius, omnem aquam publicam seu fontium & aquaeductuum, seu fluminum publicorum, in privatam aedificium aut agrum fluentem ademerunt: & quae in loca publica inaedificata immobilitate habebant, intra dies triginta demoliri sunt: tantumque abest, sua se possessione, & longo usu tuerentur ad circumferenda civitatis iura, ut hoc etiam nomine, quasi diutius eo deliquissent, Themistocles fluminum cognitioni & curatori Athenis praefectus, multam severissimè dixerit. Idemque postea à Theodosio, Valentiniano & Justiniano Imperatoribus tit. de Aquaeductu, sub majori poena, hoc est, praediorum publicatione, vetitum est, nisi quis speciali rescripto jusaque impetraverit: quo tamen civiliter utatur, & sine incommodo publico, quia nunquam alter à Principe peti atque irrogari solet. *P. Arodius de Rebus iudicatis.*

ATHENIENSIBUS & Megarenibus de Salamine concertantibus, Solon tandem superavit Megarenes, & quoscumque praetuli calanitas regecerat, datis induciis omnes missos fecit. Verum enim vero Megarenibus in pertinacia persistentibus, multique claudibus ultro citroque illatis, arbitros & iudices Lacedaemonios sumpserunt. Ac Homerit auctoritatem, plerique auctores sunt, fuisse Soloni iustitiam, *liados 8. nam L. B. T. beat. vit. Homar. Tom. 7.*

versum cum in recenu navium interjecisset, in iudicio eum E recitasse haec carmina:

*Bis sex adduxit curvas Salamine carinas
Aiax invictus, quas in statione tenebat,
Vrbis Athenarum qua castra habuere phalanges.*

Ceterum ipsi ducunt haec Athenienses pro vanis. Solonem vero planum fecisse ajunt iudicibus, Phylaeum & Euryacem Aiacis filios civitate ab Atheniensibus donatos, ipsi insulam hanc tradidisse, habitavisseque hunc in Braurone Atticae, illum in Melite, trahereque curiam Philaidarum, unde erat Pistratus, ex Philaeo nomen. Quod autem magis Megarenes convinceret, nixum humani ritui fuisse defunctorum, quos non ita ut illi, sed ut ipsi humarent. Terra autem mortuos Megarenibus condi ostenderunt ad Orientem obversos, ad Occasum Athenienses. Cui reclamans Megarenis Hieras ait, Megarenes quoque cadavera in occasum versa collocare. Et eo jam majus insuper indicium, singulos loculos habere Athenienses, Megarenes ternos & quaternos singulis loculis condi. At Soloni etiam oracula quaedam Apollinis, quibus Salamina ille deus Joniam appellavit, dicuntur suffragata. Hanc causam dilceperunt quinque Spartiatae, Critolaidas, F Amompharetus, Gypsechidas, Anaxillas, Cleomenes. *Plut. in Solone.*

RAPINA RESTITUTA.

P. Scipio, cum exercitu in Siciliam profectus, ubi cognovit, satis magnam copiam Italicorum militum Syraculis versari, qui res bello paratas, deinde Syraculanis per senatum restitutas retinerent, statim eos partim edictis, partim iudicis compulsi ad ea implenda, quae senatus censuisset. Qua ex re magnam gratiam & iusti consilii famam apud Siculas gentes est adeptus. *Auctor ejus vitae.*

Scipio Africanus, cum urbem reperisset signis & ornamentis Graecis refertam ex Sicilia asportatis, per praecorem pronuntiarum iussit, ut civitates certos mitterent, qui agnoscerent, & auferrent sua. Ex praeda neque servum neque liberentium quidquam ullum permittere capere, ac ne licitari quidem, cum agerent & ferrent omnes. *Plut. in Apph.*

RAPTUS JUDICATUS.

Aegyptii sacerdotes tradunt, Alexandrum, raptam à Sparta Helena, cum renavigaret domum, in mari Aegeo ventis cursu excussam in Aegyptiacum pelagus, atque illinc in Aegyptum ad ostium Nilii Canobicum ejectionem. Erat in eo litore Herculis templum, ad quod si quis cuiuscumque hominis servus confugiens, capiat sacras notas, lese Deo tradens, eum nefas esse tangere. Eam templi legem mancipia Alexandri cum audissent, ab eo profugerunt, assidentique Deo supplices, rapturn Alexandri indicarunt. Thonis ostii praefectus quam rapsum mememphim ad Proteum mitti haec nunciarum. PROTEUS Rex Alexandrum severè corripuit, & Helena cum opibus apud se retenta, ut tridui spatio ex Aegypto transfretaret, praecipit. Alexander in patriam navigavit. Graeci cum Menelao contra Trojanos profecti, quamvis illi verè negarent se Helenam habere (relicta enim fuerat in Aegypto) tamen Graeci non credentes, urbem evertunt, & Helena non inventa, Menelam ad Proteum miserunt. Hic ubi ad Aegyptum & Memphim navigavit, exposita rei gesta veritate, honorificentissimo hospitio exceptus, Helenam malorum immunem recepit, & insuper omnes pecunias suas. Et cum haec affectus esset, Menelaus tamen injurius in Aegyptios exiit. Nam cum proficisci vellet, nec per ventos posset, rem indignam excogitavit. Sumptis enim duobus pueris quorundam indigenarum filii, exedictique, haruspiciam fecit. Quod ubi cum fecisse rescitum est, fuga in insulas Africae objacens recedere fuit coactus. *Herod. lib. 2. Hel. a. igitur Trojae nunquam fuit, Homerus tamen poetico mori falla veris immiscuit.*

POETIS Th. acia Rex, Trojani belli tempore, quum Trojani patiter & Graeci legationem ad ipsum misissent, auditis utriusque, pronuntiavit, ut Alexander redderet Helenam, & à se pro una duas formolas adduceret uxores. Sapienter Paris, si hoc fecisset: nam una satis fructus, habuisset duas novas, & patriae consulisset. Quis autem non miretur Graecorum humanitatem, quibus fat erat futurum, si tantum redderetur, quae cum adultero tantum dormierat? *Plutarc. in Regum apoph.*

A LIBERI restituti parentibus. PLAGIUM vindicatum.

SALOMON, ut sapientissimus, ita quoque iustissimus inter suos est habitus. Ut cetera taceam, iudicium de infante mortuo, & altero vivo, ab illo etiamnum adolescente latum, iustitiam cum prudentia iustam fatis testatur. 3. Reg. 3.

SERVITIA restituta dominis. ARIGEATUS rescissus.

Igo antea federe cum Antonio, Octavio, Lepido, ac Sexto Pompejo, convenerat, uti omnes servi, qui vocati ad libertatem, a dominis auferantur, atque in exercitu Sexti Pompei militassent, hi manerent in libertate: necnon istud fedus ratum habuerat Senatus, eoque servos nominatim liberos esse decreverat. Nihilominus tamen AUGUSTUS victo Pompejo, aliique omnibus Imperii emulis, generaliter edixit, ut per omnes Provincias simul ad unum diem fugitivi si se manumissi, comprehenderentur, victique Romam remitterentur. Itaque adducit eos triginta milia servos dominis suis restituit: quod si nulli essent, qui hos sibi iure vindicaret, suspendi iussit. Neque nocere, quod a Senatu manumissi viderentur, quia id non ius, sed vis & injuria sit, vel acclamatione Populi, vel discessione Senatus, servum alienum invito domino manumitti, maxime qui nulla re bene gesta premio dignus sit: imò verò qui pœnam mereatur, qui fugitivus, & qui contra veterem disciplinam, nomen militie dederit. P. AERODIUS ex Appiana lib. 5. bell. civil. & Paulo Orofio, lib. 6. c. 20.

DOMITIANUS Imp. Claudium Pacatum, est Centurio fuerat, domino reddidit, quod eum servum esse constaret. Xiphilinus.

Cum plerique essent in Nicea & Nicomedia, qui antea damnati in opus aut in ludum, similiaque hæc penarum genera, sine certo & idoneo auctore restituti, publicorum servorum munere & officio fungerentur, ad Plinium proconsulem delati sunt. Decreta proferebantur, quibus damnati essent, quibus verò liberati, nulla instrumenta, nulla scripto documenta afferrebantur. Damnatos igitur, nec restitutos, in publicis officiis retinere, inhonestum atque incivile esse. Contra, Ceteri qui testabantur reos iusti Proconsulum Legatorumve dimissos: alioqui enim minime verisimile esse, auctores id eos sine restitutione, quare & factos publicos servos, & publicorum servorum annua jam diuturno tempore accepisse, nunc eos senes pœnæ suæ reddere, nimis durum, nimis severum esse Plinius tamen cum testibus de hac re non crederet, quæ si vera esset, publicis actis & monumentis contineri debuit, ex Divi TRALANI rescripto pronuntiavit, qui intra proximos decem annos damnati, nullo idem auctore liberati essent, hos pœnæ suæ reddi: duo autem decem, in ea ministeria distribuere, quæ non longè a pœna sunt, veluti ad balneum, ad purgationes cloacarum, munitiones vicorum & viarum. Plin. lib. 10. Epist.

THEODERICUS Ostrogothus Vestgothos à Francis in Gallia penè oppressos misso exercitu sustentavit, & liberavit. Inde ad Unigem Spatharium ita scripsit: Cum Gallias exercitus nostris intavir, si qua mancipia servitium declinantia ad alios, quam quibus videbantur competere, contulerunt, prioribus dominis jubemus sine aliqua varietate restituere. Aliorum fortè regum prælia captarum civitatum aut prædas appetunt, aut dominas: nobis propositum est, Deo juvante, sic vincere, ut subiecti se dolent nostrum dominium tardius acquisisse. Sigonius lib. 16. Imp. occid.

NUMUS ADULTERINUS SUBLATUS.

TRAIANUS Imperator numum adulterinum omnem sustulit. Dion.

MENSURA, PONDERA, RESTITUTA, ADÆQUATA.

PRÆTEXTATUS utris Romæ præfectus anno 367. pondus per regiones universas instituit, cum libidini multorum pro arbitrio lancee componentium occurrere nequiret: & lites summa cum omnium gratia iudicavit. Sigonius lib. 7. Imp. occid.

PANTALEON Notarius modum, quo Ecclesie coloni frumenta dare compelluntur, xxv. sextariorum esse, deprehendit, eumque ut iniustum frugerat. Laudatur eo nomine à D. Greg. Pap. 1. 11. ep. 6. 39. utque ratione inita quantus in-

justi pauperibus colonis vel pecunia vel animalia rependantur E severè injungit.

OTHOCARUS Bohemorum Rex, pondera & mensuras, partim varias & inter se diversas, partim fraude quod nonnullorum vitiatas, ad unum æquabilemque modum revocavit. Dabr. lib. 17.

* Adamas.

DEFINITIO. ETYMOLOGIA. LOCUS.

A DAMAS inter omnes gemmas durissimus est, dictus Græcis ab a privativo, & δαμάω, id est, domo, nisi dicamus vocem esse Arabicam, à dimach, quod est durare. Maximo in pretio habetur, ita ut qui excellentiores sunt, Principum dumtaxat gestamen reputentur, & superbe fortunæ indicium videantur. Reperiuntur autem omnium pulcherrimi in Oriente. Quamvis ubi Crystallus invenitur, pariter sint adamantes. Unde & in quodam Crystalli genere materiam hujus inesse Solinus tradit. Etiam Cyprus, Scotia, Bohemia adamantes producit, sed molliores & minus lucidos.

NATURA, ET APPELLATIO.

Id à natura insitum ferunt Adamanti, ut mentem animumque gestantis receret suo splendore. Unde fortitudinis symbolum antiquis. Dicitur enim à particula privativa a, & δαμάω, domo, quasi indomitus. Quia id Adamanti proprium, ut luxa, malleo, & igni etiam resistat. Unde & Pluto nomen Adamantis affingit T heocritus, portatque Diis adamantinas: quia hæc durissima, ille inexorabilis. Etiam peccatores obstinati, & obturbantes aures monitionibus sanctis, nomine adamantis significatur apud Ierem. cap. 17.

DIFFERENTIA. ET SPECIES VARIE.

Adamantis species varias Plin tradit c. 17. lib. 17. Et præcipue sunt ea, quæ ex locis, unde proveniunt, sumuntur. Quamvis ex colore alii, aut ex habitu formæ admittunt differentias accipiunt, eisque naturam arguant. Meminit Andreas Baccius lib. de Gemmar. natura c. 15. Adamantis, quem Androdamas appellant, qui & Cyprius vocatur à loco, in quo invenitur, & in æreum colorem vergit. Ita dictus Sm 7 ad Ptole. de dyabolo, id est, à vitis domandis, quod nempe gelatus itam & furorem cohibeat. Est & alius Siderites, à colore nomen gerens ferreo: à δαμάω ferum dicunt Græci.

DURITIES.

Adamantis tanta est durities, ut quibusvis ictibus non cedat. Unde res quævis inespugnabilis & imfracta, adamantina dicitur. Non tamen omnis adamas eam duritiem habet: quia Siderites & Cyprius malleorum ictibus franguntur, alioque ab Oriente delato perforantur. Quare eos ut degeneres, non minus tantum auctoritatem habere, ait Plinius; siquidem liquido plumbo immixti in fornace dissolvuntur. Cum è contra duritie sua reliquas gemmas dividat Adamas, cæluturæ non modò utilis, sed necessarius, siquidem non ab alio ferre quam à sua scobe atteritur & expolitur. Unde ferunt, cuiusdem teli aut hæc illam pulvere adamantino, omnem facile trajicere loriam & galeam. Ideoque pro homine oblitato, adamantinum dicunt, Star. 1. 1. Syll. Hist. 1. 1. Georg. Horat. & alii.

VIRE, ET PRETIUM.

Antiqui existimant, inquit supra Baccius, Adamanti inesse vim divinam, aded ut auro inclusus, & supra cor gestatus, vanos metus propellat, hostium furorem demulceat, in somnia vana fuget, & venena irrita faciat. Ferunt enim, Adamantem præsentem toxico velut sudare. Addunt alii, ab incubis & succubis tutos esse, qui Adamantem gestant, atque fascinati non possunt. Habet & virtutem abstergendi, unde adamante lætus difficultat sanitati & integrati restituitur.

Adamanti etiam adscribunt, quod instar Magnetis ferrum trahat. Imò Magnetis conjunctus, non modò illius virtutem impedit, sed & prædam, id est, ferrum illi ad hærens, ad se trahit. Scripturæ de pugna Adamantis & Magnetis à se visa, Aug. lib. 1. 21. de Civit. c. 4.

Pretium Adamantis magnum est, aut parvum, prout plures adferuntur aut gestantur. Plinius scribit, diu non nisi Regibus iisque paucissimis cognitum fuisse. Ejus pretium ex hinc eruitur, quòd etiam ramenta illius venduntur. Nam Cardanus refert, serpyllum unum sex aureis venisse. Modò tamen tanta est eorundem copia, ut quisvis penè è trivio annulis inclisum gesser,

A damas, eumque subinde sexcentis aureis æstimatum deserant maronæ mediocri fortis. Alie torques adornant, neque satis comptæ videntur, si non & capilli & pectus adamante resplendant. Hoc interim observatur, ut à pondere granorum, & claritate pretium desumant, qui adamantes divendunt. Maximam verò eorum quantitatem VVolfgangus Gabelshoverus comment. ad Baccii lib. de Gemmis, arbitratur esse instar nucis avellanæ.

EMOLLITIO.

Adamantem natura indomitum, & cedere nescium, sanguis hircinis recens & calidus, emollire, ac tractabilem etiam reddere perhibetur. Neque fabulosa est ea assertio. In cujus confirmationem memorabile est, quod habet D. Cyprianus lib. de duplici Martyrio, quando efferas nationes, quas Romani domare aut frangere nunquam potuerunt, indicat Christi sanguine in Cruce effuso emollitas, & tractabiles redditas.

LITATIO.

In Sacris HEBRÆORUM Litationis signum fuit, quia manifestabat divini Numinis decretum. Siquidem Pontifex ante pectus gestabat ornamentum ad palmi magnitudinem, utrinque habens Smaragdos insignitos nominibus xii. filiorum Israel, & in medio Adamantem lucidissimum, in quem sacerdos oculos coniciebat. Et quidem si prospera pollicebantur, ardentissimo splendore micabat, sin adversa, nihil immutabatur: denique si cædes imminerebat, aut interitum, sanguinem, nigrumve colorem referebat. Joan. Pierius lib. 41. Hieroglyph. cap. 37.

GESTATIO IN SACRIS.

Scribunt Rabbinii HEBRÆorum, quòd præter vestes sacras, quibus induti Deus voluit summum SACERDOTEM, etiam tribus vicibus per annum, quando intrabat Sancta Sanctorum, super pectus pretiosissimum adamantem gestare consueverit; quod ter in anno contingebat, nimirum in festo Paschatis, Pentecostes & Tabernaculorum. Ponebatur autem, ut dictum est, super pectus summi Sacerdotis, ubi is talarem vestem, & super-talarem, humerale, (quod hodie scapularium pontificale appellant) induisset, quod paulò infra pectus descendebat. Erat enim ejus longitudo sesquialtera. Ad dextris & sinistris, supra mamillas, duo cetero parva scuta, aut intertexta, conlata erant, duo pendebat Smaragdi. In medio autem horum erat Cj am dictus Adamas, æreum colore referens.

Hoc ornamento summus Sacerdos in ejuismodi solemnitate populo se præsentabat: qui si peccasset, & leges Dei transgressus fuisset, Adamas ille colorem suum mutabat in obscurum. Quòd si Deus populum voluit subicere gladio, lapis reddebatur cruentus: si autem imminerebat mors & vindicta Dei, lapis fiebat niger. Nivis verò candorem ubi referebat, tunc populus sibi lætus gratiam Dei pollicebatur. Unde cum solemnitate sacra illa celebrabant.

Ceteris verò diebus, sicut Rabb. scribunt, & quando pro expiatione virtuti aurei sacrificabant, in penitentia signum, absque ullo ornamento talari, & humerali lineo vestiti incedebant.

Adamitæ.

Vide locum de Hæresi.

* Adjuratio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Q uod attinet ad verbum ADJURANDI, quamvis apud Latinos Scriptores usurpetur pro simplici verbo jurandi, uti tamen Scriptura, & Ecclesiastica consuetudine, importat oblationem ac reverentiam divini nominis & numinis, reive cuiusquam sacre, quæ sit ad promovendum aliquem ad quid faciendum, vel non faciendum. Sicut enim juramentum est contestatio rei sacre, per quam homo alteri seipsum obligat, & ordinat ad aliquid; ita adjuratio est, quando rem sacram contestamur, & veluti in rem præsentem adducimus, ut ejus reverentia permoveamus alterum ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Dum enim adjuramus aliquem, Deum ipsum, ejuisque nomen, quantum in nobis est, adducimus, ut ejus reverentia, timore vel amore alterum permoveamus ad id quod petimus; idque eo modo, ut si nolit, videatur Deum quasi parvi pendisse. Sic enim illum adducimus, ut ipsemet

nobiscum quasi petere videatur. Non tamen idcirco alter obligatur, nisi sit inferior, cui possumus imperare: gratissimum tamen Deo est, si reverentia, vel amore ipsius, adjuranti obsequantur. Vide infra Modi adjurandi.

QUÆ CADANT SUB

ADJURATIONEM.

Sola natura rationalis est idonea quæ per se adjuretur; quia hæc sola potest percipere divina, eorumque reverentia & amore impelli ad agendum. Sic Deum adjuramus, obsecrando per bonitatem, misericordiam, passionem, & merita ipsius, per merita B. Virginis, & Sanctorum; quæ omnia exhibemus, & veluti offerimus illi, ut horum intuitu & amore permoveatur ad præstandum quod cupimus.

Simili modo possumus adjurare Sanctos. Verum tunc tacite ipsum Numen divinum, quod sanctitatis & meritum causa est, subintelligimus.

DEMONES quoque adjurari possunt, non obsecrando, sed imperando, & terrorem hac Dei & rerum divinarum contestatione incutiendo. Adjuratio enim non tantum fit, ut quis amore vel affectu reverentia in Deum commoveatur; sed etiam ut timore concutiat, & sic abscedat, vel nocere desinat. Sed etiam Ecclesia per Exorcismos, qui sunt adjurationes quædam solemnes ab Ecclesia instituta, demones expellitur, tum ab hominibus, tum etiam ab aliis creaturis: estque in Ecclesia Ordo Exorcistarum ad hoc munus institutus. Vide locum de Exorcismis.

Res verò inanimata, per se & directè adjurari non possunt, quia non intelligunt; sed adjuratio dirigitur ad naturam rationalem, quæ illis præfida, easque movere potest, ut ait D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 3.

Huc pertinet adjuratio illa S. BRUXII, qui infantem tringinta dierum adjuravit, ut diceret, si ipse esset pater ejus, ut quidam sperant: cui infans respondit, Non pater meus es tu, ut refert Greg. Turon. 1. 2. hist. Franc. c. 1. Continebat hæc adjuratio tacitam orationem, qua Deus rogabatur, ut infanti vocem daret.

MODI ADJURANDI, EXEMPLIS

CONFIRMATI.

EX S. SCRIPTURA.

Dupliciter fit adjuratio, aut deprecando superiore, aut imperando inferiori. Atque hic posterior modus invenitur in Exorcismis. Utitur enim Cypri. voce adjurationis, & Tertull. verbo exorcizandi. Quoniam subjiciuntur nobis demones, & pro potestate à Deo tradita, serpentes hi ac scorpiones calcantur. Luc. 10. ut explicat Abanas. hom. in Ps. 28.

Reperitur alia notio hujus vocis, ut adjurare sit idem, quod aliquem impellere ad jurandum, quando gravius incidit negotium, & in dictis seu promissis atque pactis firmatis exigitur & certitudo. Talis censenda est adjuratio Sacerdotum legis veteris, qua adjurabant mulieres suspectas de adulterio Num. cap. 5. v. 19.

Sed priores modi vulgares sunt, & in Scriptura frequentes. Adjuravit ABRAHAM servum suum Eliezer, Gen. 24. per Dominum cæli & terræ, quòd non acciperet filio suo uxorem de filiabus Chanaanorum, sed ad terram & cognationem ipsius proficisceretur, & inde aliquam acciperet. Ubi tamen verbum adjurare, secundum aliquos, non significat obtestari per facta, sed adigere ad juramentum, eoque aliam constringere. Ita Cornelius à Layside in comment. loci.

JOSEPH moriens adjuravit fratres suos, ut exenntes ex Ægypto, postquam illos Deus visitasset, asportarent ossa illius in eum; quòd illos fecisse, & in Sichem sepelivisse, commemorat liber Numerorum. Gen. cap. 50.

Cum Jacob cerneret appropinquare diem mortis suæ, vocavit filium suum Joseph, quem etiam adjuravit, ut non sepeliret eum in Ægypto, sed conderet in sepulchro majorum suorum. Gen. cap. 47.

ACHAB rex adjuravit Michæam, ut sibi loqueretur verum in nomine Domini; an scilicet ad prælandum exire deberet, an verò à prælio cessare. 3. Reg. 22.

PRINCEPS Sacerdotum adjuravit Christum, quem inferiori sibi arbitratur, per Deum vivum, ut diceret, an ipse esset Christus filius Dei. Matth. cap. 26.

Adju-

A Adjurabat Christum DIABOLUS per Deum, ne se torqueret. Marci cap. 5.

Etiam PHARISAEI caecum à nativitate, cujus visum Christus restituerat, adjurant, ut diceret, quid de illo sentiret, qui oculos ejus aperuerat. Joan. cap. 9.

JUDEI exorcistae praesumebant invocare nomen Domini Jesu super eum, adjuvantes eum per Jesum, quem Paulus predicabat. Quamvis daemon in ipsos adjurantes legatur inluisse. Act. cap. 19.

In 2. epist. ad Timotheum c. 4. adjurat PAULUS, dicens: Testificor coram Deo & Christo Jesu, per adventum ipsius, & verbum ejus, praedica verbum, &c.

Et in epist. 1. ad Thessal. c. ultimo, Adjuro, inquit, vos per Dominum, ut legatur Epistola haec.

Et sanè ECCLESIAE Catholicae familiare est in precationibus suis deprecando velut Deum adjurare. Hinc in Litanis passim dicitur: Per mysterium sanctae Incarnationis tuae, &c. libera nos Domine. Exemplum accipiens à Davide, qui frequenter utitur hac vel simili oblatione: Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo. Item apud Prophetas reperimus: Recordare Domine Abraham, Isaac & Jacob servorum tuorum, &c. Sic hodie Ecclesia per Sanctorum merita Deum inclinat, ut precibus audiat: imò & Sanctos ipsos etiam adjurat aliquando, ut patrocinio adfuit. Verum tunc tacite Deum ipsum subintelligit, qui sanctitatis & patrocinii eorumdem fons est & causa.

EX PATRIBUS.

Adjurationis exemplum quoddam refert S. Chrysostr. his verbis: ANULLA quaedam quidam viro improbo & impuro fugitivo conjuncta, ipsa, cum vir ejus multum peccasset, & à domina effugit vendendus; majora enim erant peccata, quam ut ei dari posset venia, & mulier erat vidua, & eum castigare, cum ejus domum perderet, non poterat, sed statuerat vendere; deinde esse nefarium exitum domina virum ab uxore separare, maluit illam mulierem, quam vis frugi & utilem, simul cum eo vendere, quam illam separationem. Videns ergo puella se esse redactam in magnam animi perplexitatem, veniens ad reverendam personam domine suae familiarem, quae haec mihi narravit, & genua prehendens, & multum lacrymans, & ejulans, rogavit, ut suam dominam pro ipsa oraret, & multis verbis consumptis postea hoc quoque addidit, tanquam ei maxime persuasura, quodam maxime horrendum inferens iuramentum: Ita Christum vides in die iudicii, ne meas preces despicias; & quam haec dixisset, abiit. Quae verò fuerat rogata, quam quaedam incindit sollicitudo de his quae ad vitam pertinent, ut accidit in dombus, oblata est. Deinde repente in percipulo pomeridiano recordata effi maxime horridi illius quo adacta fuerat iuramento, & vehementer fuit compuncta, & abiens enixè & diligenter rogavit, & rem conficit. Illa autem nocte caelos repente vidit apertos, & ipsam Christum. Vidit autem, ut videri potest à muliere. Quoniam autem de preiurando fuit sollicita, quoniam timuit, hac visione digna fuit habita. Hom. 11. ad Thessalonicenses.

Admiratio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ADMIRATIO, Graecè θαυμάσιος à verbo θαυμάζω, quod idem est quod oblativo ob rei novitatem, sive ut Latini dicunt, admiror; obviam habet significationem, & dicitur à Joanne Damasceno, timor ex imaginatione vehementi. Hebraei θαυμάσιος dicunt, à verbo θαυμάζω, quod significat, miratur fuit cum stupore. Est enim admiratio, cum effectus cognitivi ignoratur causa. Verum alia ex gaudio, alia ex timore proficitur.

* ADMIRATIONIS EXEMPLA

EX S. SCRIPTURA.

Dum Jacob matris instinctu, quo tempore frater venatum excesserat, patri suo cibos deferret, quibus eum libenter vesci noverat, diceretque: Feci sicut praecipisti mihi, surge, & comedet, ut benediceret tibi anima tua; Isaac admirans, quomodo tam velociter iusta fua excecus esset: Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti filium? Qui ait, Voluntas Dei fuit, ut cito occurreret mihi quod volebam. Gen. 27.

Frater Joseph dum ex Aegypto reduces, patri Jacob nun-

tiar, Joseph filium suum adhuc vivere, & dominari toti Aegypto; ille obstupuit, & velut è gravi somno evigilians, tamen eis non credebat, donec videret plaustra, & universa quae Joseph miserat: quando revisit spiritus ejus. Gen. cap. 45.

REGINA SABA, aedificata fama Salomonis, venit ad eum, & ingressa Jerusalem, & intuita omnem illius sapientiam, & domum quam aedificaverat, ac cibos mensae ejus, habitacula servorum, ordines ministrantium; in tantam admirationem rapta est, ut ultra non haberet spiritum. Dixitque ad Regem: Verus est sermo quem audivi in terra mea, super sermonibus tuis, &c. Major est sapientia, & opera tua, quam rumor quem audivi. 3. Reg. c. 10.

MARIA mater Domini, & JOSEPH, videntes omnia, quae circa filium suum in templo acciderent, & quomodo Simeon eum acciperet, Deumque benediceret, mirabantur super his quae de illo dicebantur. Luc. cap. 2.

EXEMPLA HISTORICA.

TELEMACHUS, ut erat imprudens, imò ineptus, Nestoris domum cum vidisset lectis, mensis, vestibus, stragulis, suavi vino instructam, non gratulatus est rerum necessarium vel etiam utilium compositi. Sed cum apud Menelaum ebur, aurum, electrum spectasset, oblativus ait:

Ὅμοιοι τὸν τοῦδε Ἰουλιανῆος ἔδωκεν αὐτῷ, ὅσα τὰς ἀπαιτὰς πολεῖ, σὺ δὲ μὲν ἐξ ἑσπερίων. T alter astra Jovis nitet intus cuncta regentes. Quae copia est rerum? cepit stupor aspicientem. Socrates dixisset, vel etiam Diogenes:

ὅσα τὰς ἀπαιτὰς πολεῖ, ἴδωκεν ἑξ ἑσπερίων. Quae copia est vana fulvis & viseria visus caput aspicientem. Plut. de Cupid. diviti.

Scitib Cicero, quod cum Orestem fabulam Euripides componeret, eamque ita exortus esset:

Neque tam terribilis ulla fandi ratio est, Neque fors, neque ira colitum, invellim malum, Quod non natura humana, pariendo haec, ferat.

SOCRATES itam hos tres primos verus revocavit, admiratumque esse. Gyrals. de Hist. poet.

Hercules cum ad boves Erythrae navigaret, leonis exuvio carbasii vice, clava mali loco, pro rudentibus pharetrae loris, pro remo arcu, denique pro navigio levis usus est. Quod insulatum profecto navigandi genus cum vidisset Accola, exclamabant, ἄλλο ἥσθη κατὰ. Refertur in Plut. collect. Erafm.

ZEUXIS cum Helenam pinxisset, NICOSTRATUS pictor suspensum imaginem intuebatur, sic ut manifestum esset eum platuram admirari. Accedens quidam rogabat, Quidnam tantam artem admiraret? At ille: Non, inquit, id me rogares, si meos oculos haberes. Elian. 1. 14. var. hist.

ALEXANDER Magnus cum Diogene Cynico apud Corinthum congressus, usque adeo obstupuit, admirativusque est vitam & gravitatem morum ejus, ut crebro mentionem ejus faciens dicebat: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem, id est, literarum studiis me dederem, nisi philosophum agerem factis. Plut. orat. 1. de Alex.

CLEOMBROTUS Lacedaemonius, Plutarchi aetate, cum Jovem Ammonem adisset, caetera, quae illic erant, non mirabatur: tantum ea, quae de lucerna aeterna sacerdotas narrabant, semper eam minus quoque anno absumere olei: quam notam habebant annorum imparitatis, quae alterum praerente semper tempore brevior em efficeret: quippe probabile esse, ut angustiore tempore exhauriatur minus. Plut. de Def. orac.

CONSTANTIUM Imp. cum è Thracia Lugdunum usque Magnentium persecutus confecisset, Romam venisset, ac triumphali agendi cupidus incescit, quo populo Rom. pacato, ut rarum, sic viendum magnificentissimè pompae spectaculum ostentaret. Itaque Mediolano via Flaminia iter ingressus, magnis stipendiis, agminibus, Oriculus omnibus admirandis adventu. Ubi verò ad urbem accessit, mirari singula occurrentia oculis cepit: ac senatum quidem, & patricios spectans, aylum totius mundi adesse existimabat: plebem verò intuens, quidquid esset hominum, Romam confluisse putabat. Postquam in forum venit, primum ipsius fori claritate, deinde, quocumque se oculi intrerunt, miraculorum crebritate obstupuit. Sequentibus diebus lustrans urbem, quidquid primum videbat, id inter omnia erinere putabat. Jovis Capitolini templum, Therae, Amphitheatrum, Pantheon, Forumque Pacis, & Pompei theatrum & Odeum, & Stadium, aliaque insignia urbis Romanae ornamenta. Cum ad Forum Trajani venisset, singularum in terris struendam esse admiratus. Omni verò ipse ejusmodi quidquam conandi abjecta, Trajani equum locatum in atrii medio, qui ipsum principem vehebat, imitari se velle & posse dixit. Cui propè altans regalis Hormilda, homo Persae Antè, inquit, Im-

petra.

QUI QUOS ADMONUERINT?

IN GENSURE. EX S. SCRIPTURA.

Constat, in omni lege extitisse viros timoratos, bonique & aequi amantes, qui zelo amoris divini & honestatis impulsu, sedulo se impenderunt, ut proximis, sive subditi illi forent, sive alieni, monita ad virtutem & salutis semitam exhiberent. Voluit enim ab initio Deus, ut homines ordinatè non nisi per homines instruerentur. Sic legimus primos illos Dei cultores, Abel, Enoch, Noe, Loth, exemplo suo & hortatu alios ad pietatem. Deique timorem provocasse. Et de Abraham testatur Deus ipse, Scio quod praecipuus sit filius tuus, & domus tuae post te, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium & justitiam. Genes. 18.

Atque huc servierunt omnes voces Prophetarum, tot iustis, & consilia, ut se homines setid convertent ad Dominum Deum patrum suorum. Quem etiam ob finem Salvator noster Christus, cujus tota actio nostra fuit instructio, non nisi continuum ad bene beatèque vivendum admonitionem; quo tempore in terris visus, & cum hominibus conversatus fuit, exhibuit. Ita ut appositè ei diceret Petrus, Domine, quò ibimus? verba vitae aeternae habes. Et idem Dominus: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat; & rursus: Verba quae ego loquor, spiritus & vita sunt.

Hoc ipsum ejusdem etiam Praecursori predicatione sua praestitit. Cum enim mandatorum Dei transgressores ab electorum consortio separandos proponeret, & circumstanti turba de salutis obtinenda medio inquireret, dicens: Quid ergo faciemus? Respondit: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat: venientibusque publicanis, ut baptizarentur, ac idem interrogantibus, Nihil, ait, amplius, quam vobis constitutum est, faciat, quasi dicat, Ne amplius extorqueatis vestrum usum, ultra id, quod praescriptum est à principe. Et militibus id ipsum percontantibus, Neminem, inquit, concutiat: videlicet opprimendo, aut corporaliter affligendo: neque calumniam faciat, extorquendo ab innocentibus vobis indebita. Contenti estote stipendiis vestris, quae nempè, vobis acceptantibus, sunt pro militariae laboribus constituta. Luc. 3.

Etiam Christus postquam designasset xxxiii. discipulos, misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum quod erat ipse venturus, ut scilicet monitionibus suis homines disponderent, ad ipsius predicationem facilius accipiendam. Quomodo eisdem una cum Apostolis suis mandavit predicare Evangelium omni creaturae. Qui egressi, praedicaverunt ubique, ut habetur apud Matrh. & Marc. cap. ult.

Hinc refer ex locis de Concione, Predicatione, Confilio, Persuasione, multa.

IN SPECIE.

HISTORICA CHRISTIANORUM.

De sancto Ephrem quoque memorie prodidit Socrates: quod cum invicerecundè meretrix ejus concubitus postulareret, sollicitus, qua ratione eam ad meliorem reduceret mentem, conditionem propositam ratam habuerat, dicens: Si vis nos ambos dormire simul, ut tibi dixerit, placet: accipit illa sermonem, & locum inquit; quo respondente, In medio civitatis: Quid inquit illa, nonne aperto rubore suffundemur, id palam committere ante conspectum omnium? Cui vir pius, quasi conversionis ejusdem anam accipiens, Si ergo, ait, hominum oculos sufficere putasti ad pudore conficiendam animam, & à mala actione adducendam; Dei oculos, qui omnia intuentur, non multò magis reverberimur, & extimescemus! Ita quae voluit capere impatiibilem & castam animam, divino Spiritu capta est, & tam servia adhortatione ab errore convertita. Socr. tom. 1. in vita Beyerlinck in Apophth.

OLYMPIUS Abbas aliquod dogma à se requirenti, respondebat, Ubi cumque sederis, dic assidue, Peregrinus sum. Brevis sententia profundum mysterium. Equus enim fere peregrinus hic reputans, non omnia facile, ut potè aliquando relinquenda, contempserit, & ad veram illam supernorum civium mansionem suscipere? Pratum Spirit. c. 12. Beyerlinck ibid.

ELIAS Abbas, ut insignius aliquod elogium proferreret, interpellatus: Diebus, ait, patrum nostrorum tres istae virtutes in amore & studio apud Monachos erant: Nuditas rerum omnium, Mansuetudo, & Continentia; quarum in locum successere Avaritia, Gula, & Audacia: quod horum tibi placet accipere. Quam verè omni in statu & ordine illud obtinetur.

Etas.

A perator, stabulum tale condi jabeto, si valet: equus, quem fabricare constituit, ita late succedat, ut iste quem videmus. Multis demum cum stupore visis, de fama conquestus est, quod ornans omnia ferper in majus, in his quae Romae essent, explicandis oboletolet. Sigon. lib. 6. Imp. occid. ex Marcellino.

D. AUGUSTINUS lib. 10. Confessionum, admirari fati nequit memoria humana vim & thesauros inexplicabiles, quae non tantum eorum quae sunt, imagines, sed ea quae sciuntur tantum, in super verò & quorum oblii sumus, species in suis receptas abyssis continet.

THEODERICUS Ostrogothorum rex Romam veniens oculis omnia antiqua opera, quibus adhuc urbs ad stuporem aspertantium enitebat, lustravit, confessusque est, Trajani forum vel sub assidue videre, miraculum esse: Capitolia cella confendere, nihil aliud esse, quam humana ingenia superata vidisse. Sigon. lib. 17. Imp. occid.

ATHANARICUS Vestgothorum rex Constantinopolim veniens, laxatum omnibus curis animum inspicendi aedificiorum operumque magnificentia impendit, urbis situm navigiumque instructissimos portus miratus. Ac deinceps regiam Imperatoris Theodosii ingrediens, in eis quae variaque officia conspiciens, quasi in stuporem versus: Ea, inquit, cerno, quae sepe incredulis audebam sine dubio deus terrenus esse Imperator: & si quis ad verum cum manum erexerit, ipse sanguinis ejus reus est. Prantz. lib. 2. Societ. c. 28.

NON ADMIRARI.

THEORICE.

Philosophicè.

PYTHAGORAS ex Philofohia memorat se parasse, ne quid admiraretur. Plut. de Audiendo.

PRACTICE. EX

Stupiditate.

THESSALI Simonidis Lyrici poemata, quae reliqui Graeci maximi faciebant, minime admirabantur. Itaque rogatus ille, cur solos Thessalos non deciperet, & inescaret suis carminibus? Stupidiores enim sunt, respondit, quam ut decipi queant. Plutarchos.

Pindarus Ode 9. Pyribyrium, Eos qui non admirantur Herculeum, & Iphicium fratrem, inquit:

Καὶσὶ ἀπὸ τῆς, ὅς ἑ H- καὶσὶ τὰ ἐμὰ ἢ τὰ παραβόλαια, Μὴ δὲ Δαρδανὸν ἰδόντων, Αἰὲν ἠμύρατος, τῆσιν ὄψοι, Ἰατὸν & Ἰετῆρα.

Stultus certe hic ferit, qui Herculi os non adjecerit, neque Dircaearum aquarum semper meminere, quae illum educant & Iphicium fratrem.

Magnanimitate.

CESILAS Rex Spartanorum, quorum alios teneri stupore, & simulabat nec nosse. Plut. in Apoph.

* NON ADMIRARI. UNDE?

Nempè à contemptu eorum quae mirantur.

Quod Horatius eleganter expressit, his versibus, ad Nemicum.

Nil admirari prope res est una Nomici, Solaque quae possit facere & servare beatum. Hunc solem, & stellas, & decedentia certis Temporamentis, sunt qui formidine nulla Imbuti spectent. Quid censetis, numerae terrae? Quid maris extremos Arabes ditantis & Indos? Lucea quid? & plausus, & amici dona. Quiritis? Quo spectanda modo: quo sensu credis & ore? Quis timet his adversa, fere miratur eadem. Quo capient, pacto, pavore est utrobique molestus Improvisa simul species exterrere urrumque. Horat. lib. 1. Epist. 6.

Adhortatio. Admonitio.

Vide Concio, Predicatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ADHORTATIO, Graecè παρακλήσις, idem communiter significat, quod Admonitio, sive Motio, quae & παρακλήσις Graecis, estque impulsio sive induccio ad rem aliquam, vel nempè adhortatio, verbis facta. Proprie tamen dicitur monere aut hortare & consilio: hortari verò rationibus, imò & precibus. Et volunt nonnulli, quod Admonitio locum habeat in re, cuius non meminit is qui monetur.

A **Ætas** parentum peior ævis, rutili Nos nequiores: mox datura Progeniem vitiosorem.

Ibid. cap. 32.

Circa tempora Galieni Imperatoris, Marinus vir genere & virtute illustri tribunali vocatus, quod Christianus esset, cum trium horarum spatium ad deliberandum a Iudice accepisset, egressum Theotegnus eius loci Antistes ad colloquium invitavit, & prehenso manu in Ecclesiam ducit: quem cum interitus ad ipsum Sanctuarium collocasset, læva paululum in alteram partem dimota, gladium quo erat accinctus ostendit, & ex adverso Evangeliorum codicem proponit, præcepitque, ut ex duobus, quod magis esset ex animi sententia, seligeret. Ubi verò manu protensa absque cunctatione Evangelium accepit, ita eum affatus præfuit: Tene, & adheresce Deo. Sic enim ab eo roboratus, quod in optatis est, certò assequere. Abi in pace. In tantum hæc verba apud eum valuerunt, ut per prætorum ad tribunal revocatus, majorem sibi ardorem studiumque declarans, actum inde ut erat ad supplicii locum ductus, martyrium constanter subiecit. *Eusebius hist. Eccles. lib. 7. c. 14.*

B **Sanctus** Ludovicus Episcopus Tolosanus conjunctissimò sibi collegæ injunxerat, ut si que præter decorum observaret, sine dissimulatione corripere, ac moneret: qui dum crebris id faceret, & liberius fortassis, quam par erat, ab aliis ipse correptus & admonitus; quibus Ludovicus, Amici, inquit, monendi sunt, & oburgandi: vera enim amicitia, quod sentit, dissimulare nescit. *Ex membrana a manuscripta in Biblioth. FF. Minorum Lovanii, Beyerlinck supra.*

Diensis arcis præfectus Antonius Sylveria Lusitanus, conspicuus Turcarum classem ad præfatam arcem expugnandam adventante, ad commilitones conversus, in hæc verba prorupit: En viri, tempus nunc, acceptam à majoribus gloriam bellicam, debitamque tum Deo, tum Regi fidem, nobis ob oculos ponendi. Profuit præsens ducis animus, & de hostibus vix speratam victoriam reportavit. *I. P. Massius hist. Ind. lib. 11. Idem ibid.*

Direpturus Juliani Apostatæ imperio, sacrata Deo vasa è Christianorum templis, ejusdem Præfectus Julianus adversus sacram aram (horret animus meminisse) in conspectu omnium, vestiam exonerat. Non sustinet tantum nefas Ezonius, vir pietate & religione summus, & prohibere conantem alter in faciem cædit, dicens, Quid? non vides res Christianorum omni Dei cura & providentia destitui? At ultori Deo meritis pro scelere penas dedit. In morbum enim prolapsus, visceribus putredine exesis, ipsas naturæ sordes contra naturam, etiam per sacrilegum os, blasphemiam instrumentum, egressus: ad quem tunc Christiani fide nobilis uxor: Debes, ait, merito mi marite Christum Salvatorem laude prædicare, quod tibi hæc castigatione suam potentiam declaravit. Ne enim te lateret, quem oppugnaveris, solita sua lenitate usus, has plagas tibi infixit. Miser itaque cum conjugis oratione, tum cruciari intolerabili, morbi causam agnosceris, frustra Imperatorem, ut ablata restituar, oravit: & ipse extemplo hæc vita migravit. *Theod. hist. Eccl. lib. 3. c. 12.*

PLACILLA Theodosii Imperatoris uxor, de salute mariti sollicita, cum eum prosperis rebus elatum supra modum, idèque ab avitæ pietatis studio alienum animadverteret, adhortari subinde non desistit, & hoc eum sermone compellere: Considerate te oportet conjux, quis antea fueris, & in quem locum te exiverit Universitatis conditor: & sic eum, qui tibi uti fideli ministro Imperium commisit, ritè decenterque coles. *Nicæphorus Callistus, lib. 12. hist. c. 47.*

EADÈM conjugis sui superbiam arrogantiamque ita aliquando prudenter moderabatur: Cogita, inquit, ab primatum te hominem fuisse, atque nunc præ cæteris, ad Romanam Republicæ gubernacula adscitum, non ut superberes, sed te hominem cogitates, variis, perinde ac subditi, fragilitatibus obnoxium. *Lycosibenes.*

ETHNICORUM.

Urtuta,

QUOS ADMONUERINT.

SEIPOSOS.

PERICLES jam prætor creatus, quoties chlamydem induebat, seipsum admonere solebat: Attende tibi Pericles, li-

beris imperas, Græcis imperas, Atheniensibus imperas. *E. Plut. l. 1. quasi. Convival. 4.*

ALIOS.

THALES rogatus, quid esset facile? respondit, Alterum admonere. Omnes enim, cum valeamus, recta consilia damus. *Laert. lib. 1.*

REGES.

Narrat *Plutarchus*, libro adversus Ducem imperium, Regis Persarum certo cubiculario fuisse mandatum, ut manè regium thalamum ingressus, hæc cum voce expergesceret: Surge Rex, negotia curato, quæ te Mesotomaldes curare voluit.

ATHENODORUS Philosophus, cum ob senium impetrasset ab Octavio Augusto veniam redeundi domum, admonuit illum, ut ne quid iratus diceret, faceretque, prius quam viginti quatuor. Quæcunq; literas apud se nominatim recensisset. *Plut. Apophth. Rom.*

DUCES.

Civem optimum, valdeque studiosum communis salutis fuisse *Q. Fabium Maximum*, significavit *T. Livius*, cum narravit ipsum sedulo *L. Æmilium*, proficentem ad bellum contra Hannibalem, admonuisse, ut in primis conaretur in officio retinere collegam, ipsique ferocia vel amentia potius moderari: intellegebat enim, inde majora penè pericula, quam ab hoste, reipub. pendere. Omnem igitur ipsi rationem ejus belli administrandi monstravit, cum tamen hæc propria ipsius partes tunc non forent. Sed amor ingens, quo prosequeretur rempub. & cura, que premebat animum ipsius, præclarè cognoscens turbidum ingenium Varronis, & callidum versutumque Hannibalis, impellebat, ut hoc officio fungeretur. Scens enim potissimum, & magnum rerum usum habentes, his temporibus opitulantur & consilio juvant eos, qui partem aliquam recip. regendam suscipiunt, impares illi oneri ferendo.

MILITES.

EPAMINONDAS Thebanus, qui Bæotus ex otio dissolutus perpetuò volebat in armis continere, cum in Bæotarcham G eligeretur, monens dicebat: Etiam atque etiam deliberate cives. Ego enim si dux ero, militandum erit vobis. *Plut. in Apophtheg.*

CONVIVAS.

ÆGYPTII inter convivium in scrinio hominis mortui effigiem seu cadaver aridum circumferunt: non magis in Osiridis memoriâ à Typhone cæsti, & in arca in mare abjecti, quam ut vino calentes sese hortentur mutuo ad utendum & fruendum rebus præsentibus, quod omnes propediem tales sint futuri. *Plut. de Iside, & in Convivalib.*

Pythagoras solebat admonere adolescentes, ut quoties domum ingrederentur, hunc versiculum suo cum animo verlerent:

Πῦ παράβλη, τὶ ἐπέβη, τὶ μὲν δὴν ἐν ἱερῶν; id est, Lapsus ubi, quid feci, aut officii quid omisisti? Ea cogitatio sollicitos reddet adolescentes, ut si quid forte deliquissent, aut si quid vitii contraxissent ex hominum convictu, id in posterum caveant. *Erast. in Adag.*

SOCRATES cicuta hausta, discipulos suos hortatus est, ut sapientiam, quam tantopere expectarent, à solo Deo accepturos se sperarent, non ab hominibus: longè sanctius sublimiùque apud charos fidi homines verba jam faciens, quam fecerat ad rudem judicium populique Atheniensis multitudinem. *Plut. in Phædone.*

FILIOS.

ARCHIDAMUS Zerkidami filius, cum filium videret precipitantius & inconsiderantius pugnantem cum Atheniensibus: ἢ τὴ δυνάμει πορεύσῃ, ἢ τῷ προσημασμένῳ ὄψει, id est, Aut adde virtutis, inquit, aut detrahe animo. *Plut. in Laco.*

MATTHEUS Magnus Vicescomes, in cœnobio Crescentiano animam agens, filios circumstantes alloquitus est: Stabit incolume vobis, carissimi, atque optimi filii, hoc imperium quod relinquo, si cœcoribus animis cū virtute tum fortuna vestra utemini: si verò dissideritis, omnis quilibet eximia vestra virtus frustra erit, & à vobis ad hos illicò fortuna transigiet. Nec

A Nec ejus prædicationi tanquam viri vatis devotus defuit. Inde quum omnibus manarent lacryme, interitus quidem sensibus, sed collabente cervicè, supremum osculum liberis dedit, moxque inter amplexus eorum expiravit, eique tot superflites liberi (uti maximè optarat) oculos clausere. *Jovius in ejus vita.*

MERETRICES.

Idem Titulum priorem.

CUJUS REI.

Virtutis.

Pallas in specie Mentoris hortatur Telemachum ad virtutem. *Odiss.*

Καὶ οὐ γὰρ ἴδῃ, μάλα γὰρ ἴππο καλῶν τε μέγῃσιν, ἄλλῃσιν ἐστὶν ἴππο τῶν ἐπὶ δὲ δὴ γὰρ ἴππο ἐστὶν. id est, Tunc age, quando te video magnamque bonumque, strenuus esto, ut tate & postera prædicet atas.

Horta Dea, apud Rom. in humanis cum esset, Hærsilia dicta est, uxor Romuli, quam ab hortando & incitando nominatam ait Labeo, cujus ades nunquam clauderantur, quòd femper aliquid præclari fieri hortaretur, nec cessandum suaderet. Quæ postea vocata est Horta, providentia dea, quæ negligentis fœdorè esse non pateretur; nominatam Labeo existimat etiam hæc appellatione ab hortando & incitando, Græca voce παραγοῦν. *Plut.*

OFFICII.

CRATES Thebanus frequenter dixit, in excelsissimam partem urbis se, si fieri posset, scansurum, ibique exclamaturum: Quò miseri ruitis, qui in querenda pecunia omnem movetis lapidem, liberi verò, quibus hæc estis relicti, parum vos solliciti? *Plut. de inst. liberis.*

CLAUDIUS Cæsar, cum Æmyliana pertinaciùs arderent, deficientem militum ac familiarium turba, auxilio plebem per magistratū ex omnibus vicis convocavit: ac postis ante se cum pecunia fisis, ad subveniendum hortatus est, repræsentaturus pro opera dignam cuique mercedem. *Suetonius.*

Cum matrone multa, quarum viri manifestiores erant, quam Patricius D. Augustini pater, plagatum vestigia etiam dehonefata facie gererent, inter amica colloquia ille arguebat matronarum vitam; Monica verò Patricii uxor earum linguam veluti per jocum graviter admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuissent: proinde memores conditionis, superbiæ adversus dominos non oportere. Cùmque mirarentur ille, scientes, quam ferocem conjugem sustineret, nunquam fuisse auditum, aut aliquo indicio clausivæ, quòd Patricius cæciderit uxorem, aut quòd à se invicem vel unum diem domestica lite dissenserent, & causam familiariter quaererent: dicebat illa insinuatum suum, nunquam cum irato contendere, placatum verò admonere maritum oportere. Quæ observabant, experte gratulabantur: quæ non observabant, subjecit vexabantur. *Aug. lib. 9. Confess. c. 9.*

Idem supra DVCES.

FORTIUDINI.

Celebratum est Lacenæ cujusdam apophthegma, quæ filio tradens clypeum, dixerit: ἢ τῶν, ἢ ἐπὶ τῶν; Aut hunc, aut super hunc. Laconicè significans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum. *Erastus in Adagiis.*

Glaucus quidam Caryllius, cum terram aratro proficenti fortè fortuna vomis excidisset ab aratro, sublatum aptavit manu vice mallei. Quod ubi confexisset pater Demylus, juvenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen. Verum ubi jam artis imperitus, plagis afflictus penè defecisset, pater acclamavit: τὰς πύλας ἐπὶ ἀποπῆ, admonens ut se peteret hostem, quem admodum vomere solet vulnerare terram. Hæc voce rediit animus juveni, victricè. Idem postea bis vicit Pythia, octies Nemea, item octies Isthmia. *Pauf. in Eliac.*

HYLAS alipes, cum videret ferè succumbentem Agesidamum Locrum in pugillam, ita ei animum addidit, ut protinus suum adversarium vicerit. *Pindarus Ode 10. Olymp.*

CONSTANTIA.

Memorant, Demosthenem, cum explosus esset à populo, & id graviter ferret, admonitum à magno natu Sene fuisse, quòd Periclem audiverat: Pericli cum similibus sis, animum depondere noli. *Plut. an Seni tractanda respub.*

CLEMENTIA.

Idem supra Athenodorus, s. Reges. Religiosis. Apud Rom. cum consul auppicatur, vel immolati: Hoc age,

proclamant. Quæ voce eos qui assistunt, admonent, ut componant se ad id quod agitur. *Plut. in Numa.*

CONCORDIA.

CONSTANTINUS Magnus in Nicæno Concilio Patres omnes convivio magnifico excepit, & accumbere ordine justos, omnibus comitatis ac liberalitatis exemplis excoluit: quintiam, cum mutilata in multis membra, otulosive effusos videret, atque ex eo constantiam & fortitudinem eorum in persequitione coniceret, labia cicatricibus eorum venerabundus admovit, sibi perfudens, sanctam se illo osculo benedictionem hausturum. Convocatos inde alio die rogavit, ut communi paci concordiaque funderent, & contentionum ac pertinaciæ finem facerent; neque aut sapientia superiores invidia, aut inferiores desipientia premerent: verum toto pectore in communem omnium salutem ineamberent, atque in primis pro seipso atque imperio preces effunderent. Atque his dictis suam quemque eorum repetere Ecclesiam iussit. *Signon. l. 5. Imp. occid.*

NON HORTARI, ADMONERE.

AGAMEMNON Rex in recensendo Græcorum exercitu Ajaxes duos ad pugnam suos producentes videns, inquit, Ἰ. α. Ζοῖοί τε ἢ τῷ ἐπὶ ἀποπῆσιν, ἢ τῷ κελῶν, ἢ τῷ ἰππο καλῶν ἀποπῆσιν, ἢ τῷ κελῶν.

Cum Chrylantas Perta lib. 3. Pædia apud Xenophontem suaderet Cyro, ut milites suos oratione animaret, ostendens idem jam sedulo fecisse Regem Assyriorum, contra quem paulò post pugnaturi erant, meliores fieri ducens milites accurata oratione Imperatoris; contempsit consilium ipsius CYRUS, diligenterque contra illud disputavit, negans ullam adeo præclaram inveniri hortationem, quæ non bonos strenuosque, repetè bonos efficeret, periticoque earum rerum atque artium quæ in bello requiruntur, nisi diu antea meditata illas fuerint. Cum autem Chrylantas respondisset, satis eo tempore esse, si animos ipsorum meliores reddidit; illud quoque inane esse docuit Cyrus, neque obtineri ea ratione posse: nec enim ea que valent ad fortitudinem, subito in animis hominum inferuntur. Quæ autem necessaria sint, ut præcepta illa imprimantur, firmaque ac stabilia sint, subtiliter ac copiosè docet, ad extremumque similitudinem consultavit rationem illam, dicens se miraturum magnopere, si oratio egregia benèque habita magis adjuvare possit ad virtutem præsentiamque animi, quam musicæ artis imperitos cantilena pulchrè decantata ad musicam artem perdiscendam. Hujus fortassis imitatione Sallustius Catilinam inducit, milites ante prælium his verbis adhortantem: Comperit ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri: sed quanta cujusque animo audacia, natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Idem etiam de bello Jugurthino in extrema concione finxit. Marium hæc dicere: Plura dicerem, Quiritis, si timidus virtutem verba adderent: nam strenuus abundè dictum puro. *Victor. lib. 11. var. lect. c. 7.*

DE HORTARI.

NICOCLEM patrem Themistoclis sunt, qui dicant, revocantem à rep. gerenda filium, ostendisse ei in littore maris veteres tritemes abjectas & despectas, quòd pariter adversus duces suos gerat se populus, cum fructum ultra ex eis non capiat. *Plut. in Themist.*

ARISTOGITON sycophanta damnatus, cum esset moriturus in carcere, Phocionem, ut ad se veniret, precabatur. Hic H retinentibus eum Amicis, ne ad improbum homines pergeret: Ubiam, inquit, malis Aristogitonem convenire? *Plut. in Apoph.*

Qui Lacedæmone conviviis, quæ phiditia dicunt, sunt præfecti, unum vel tres helotas vino meros & remulentos publicè juventuti ostendunt, quòd inebriari quid sit, cognoscant, sicque id devitent, & vitam insituant temperanter. *Plut. adversus Stoicos, & in Laco.*

Athenienses, Alexandro divinos honores denegantes, Damocles monuit: Videte, ne dum cælum custoditis, terram amittatis. *Plutarchus.*

Agidi Regi in Arcadia, cum in festa signa stante in procinctu exercitu inferre hostibus intendet, ex majoribus natu Spartianis quidam in clamavit, velle eum malum malum rolletere: præproperum ex Argis receptum significans intemptiva præsentè alacritate velle eum corrigere, ut est apud Thucydidem. Quod cum audisset Agis, obtemperavit, ac receptui cecinit, victorque evasit. *Plut. an Seni tract. resp.*

C. Jul. Cæsar C. Octavianum nepotem sororis ex dordante heredem